C. Zoëga.

De
unctione sacerdotis summi.
Exod. 29. 7.

Lipsiæ, 1689.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,78 4° 877

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,78 4° 877

1.-78.

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°

1 1 01 0 4 00877 4

+REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1.-78 4° 877

בש"ש

משיחת כהן הגדול

Sive

DISSERTATIO PHILOLOGICA

DE

UNCTIONE SACERDOTIS SUMMI,

Qvam

Occasione Loci Exod. XXIX. v. 7.

Benigno incluti Philosophorum Ordinis

indultu

Placido συμφιλολογήσων examini

submittent

PRÆSES

M. CHRISTIANUS ZOËGA,

Holsat.

& RESPONDENS

THEODORUS AUGUSTUS HETTLING,

Halberstadiensis Saxo,

A. M. DC. LXXXIX. d. 24. August.

H. L. Q. C.

LIPSIÆ, TYPIS GOEZIANIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

بسم الله الرحمن الرحيم

PROOEMIUM.

MAximæ DEO Sacerdotium Leviticum curæ fuisse, inter alia ex eo satis superq; constat, qvod non cuivis ex Aaronis prosapia ad sacra peragenda concessus fuerit aditus, sed qvi præter vitæ integritatem, integro qvoq; ac non mutilato præditus esset corpore. Nam uti indignus fuit habitus, super qvem caderet influentia cœlestis, (ex phrasi & sententia rabbinicâ) qvi non meruit vocari חכם גבור ועשיר (α) *Sapiens, Potens & Dives*, ita qvi unicam in corpore labem contraxerat, Sacerdotio non potuisse fungi, æqve ex ipso sacro constat Codice, qvàm ex doctis Rabbinorum scriptis. Ex illo multa prostarent testimonia, si opus foret, inter hæc notatu maximè digna sunt, qvæ in שלטי הגבורים (β) extant verba: הכהנים כלם בין שיהיו בעלי מדרגה ומעלה יתרה בין שיהיו כהנים פשוטים והדיוטות בלבד מבלי שום מעלה אלא מה שבאה אליהם מצד מה שהם כהנים צריך שיהיו כשרים בוחוסן ושלמים בגופם אם ירצו לחזות בגנעם הולבקר בהיכלו בעבודת ועל כן בית דין הגדול היו יושבים בלשכת הגזית ועקר מעשיהם היה תדיר לישב ולדון בכהנים ולבדוק אותם ביחוסין ובמומין וכל כהן שנמצא פסול ביחוסו היה לובש שחורים ומעטף שחרים ויוצא מהעזרה והולך לו. וכל מי שנמצא שלם וכשר לובש לבנים ונכנס ומשמש עם אחיו הכהנים. אך מי שנמצא כשר ביחוסו וחסר בגופו כי ימצא בו מום קבוע או עובר הוה ושב בלשכת העצים ומתלע אותם עד שיהיו טובים למערכה וחולק בקדשים עם אנשי בית אב שלו שנאמר לחם אלהיו מקדשי הקדשים ומן הקדשים יאכל: *Oportebat omnes Sacerdotes, tum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

qvi gradu & excellentia alios ſuperabant, tum qvi inferioris erant conditionis, & præter Sacerdotii, nullo honoris titulo inſignes, è familia non infami prognatos eſſe, corpore qvoqve perfecto conſtare, ſi pulchritudinem Domini aſpicere & in templo ejus (β) Sacra adminiſtrare voluerunt. Qvapropter Viris Synedrii magni in cellula è lapidibus cæſis exſtructa conſidentibus præcipuum ſemper fuit judicare Sacerdotes, & in eorum maculas familiamq; inqvirere. Ubi omnis Sacerdos, qvi ex familia qvadam non illibata ortum traheret, nigris indutus veſtibus, atq; ex atrio egrediens, curſum, qvo voluit, intendere potuit. Ei verò qvi familiâ decorâ, decoroq; corporis habitu gaudebat, albas induere veſtes, & in templo cum fratribus ſuis Sacerdotibus ſacra peragere conceſſum erat. Contra qvem familia pura progenuerat, aſt cum corpore inſano, eo qvod morbo vel fixo vel periodico laboraret, ejus erat in conclavi ad conſervanda ligna exſtructo ſedere, & vermibus corroſa fruſta (γ) ejicere, ut idonea eſſent ad ſacrificia, interim ſanctificationum una cum ex eadem, qva ipſe, familia prognatis particeps erat, ſecundum illud: Pane Dei ſui tum de ſanctis Sanctorũ, tum de ſanctis veſcetur. In hoc libro porrò enumerantur, qvibus ſacrificare erat interdictum, nimirum זגרום (ε), צימח (ζ), צימם (η), & צימע (θ) &c. Aſt, non ſatis erat, Sacerdotes & qvoad genus, & qvoad membra corporea eſſe irreprehenſibiles, ſed aliis, ut ad ſanctiſſimum hoc initiarentur officium, opus fuit ritibus, qvos inter unctio, qvam in Sacerdotis Summi conſtitutione præcipuè adhibitam legimus, cum poſtrema non ſit, peculiari eam Diſſertatione, impetrato ab incluta Facultate Philoſophica indultu, ventilare decrevi, & qvidem occaſione verſ. 7. c. 29. Exod. ולקחת את־שמן המשחה ויצקת על־ראשו ומשחת אותו; Ne verò ἀμεθόδως egiſſe arguar, ſecundùm qvatuor, qvæ vocant cauſarum genera, in totidem eam diſpeſcam capita. C. I. agat de materia cum & circa qvam hæc actio peracta fuit. II. de Forma ſeu ipſo unctionis charactere. III. de Cauſa efficiente. IV. de Fine.

(α)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

(α) vid. c. 4. Tract. נדרים

(β) c. 39. Hic Liber uti rarus, ſic elegantiſsimus, dignus qvi à R. Menaſſe ben Iſrael in Conciliat. vocetur opus ingenioſum; Eo qvod Author ejus R. Abraham filius David משער אריה accuratisſimè tractet omnes V.T. Antiqvitates, Sanctuarium ejusq; conclavia deſcribendo, & veſtes Sacerdotum, inſtrumenta muſica, aliaqve qvæ tum belli tum pacis tempore in uſu fuêre, ingenue explicando, ut nihil omiſiſſe videatur Author iſte cultum V. T. concernens. Conferantur de hoc libro Buxtorff. Bibl. Rabbin. & R. שבתי שפתי ישנים in lit. ש.

(γ) בעבודת עבודה *in opere ſervitutis*, eſt phraſis deſumta ex c. 4. Num. v. 47. qvam Rabbini explicare ſolent de actu muſico, qvando ſacrificia offerebantur, utpote שהיא עבודה לעבודה אחרת qvi alterius cauſa, ſc. ſacrificii inſtitutus fuit, loqvente Raſchi ſuper hunc locum, qvi pluribus conſuli poteſt, pariter ac ben Melech in מכלל יופי & alii. Hoc autem loco totum miniſterium ſacerdotale videtur innui, cui intereſſe aliqvis ex ſtirpe ſacerdotali oriundus deſiderare potuiſſet.

(δ) התליע non ſolùm ſignificat vermes producere ſecundùm illud: בתחלה חבאיש ולבסוף התליע *in principio putreſcit, & poſtea vermes producit*; ſed & vermes ex ligno putrefacto auferre, ut: לשכת העצים ששם הכהנים בעלי מומים מתליעין העצים *Cubiculum lignorum, in qvo Sacerdotes vitioſi ligna vermibus infecta auferebant*, vid. *Buxtorff. Lexic. Talmud. p. 2599.*

(ε) והוא מי שעינו או גבת עינו אחת שחורית ועינו או גבת עינו אחרת הלבנה: *cujus oculus vel ſupercilium alterũ nigrum, alterum album.* confer. Talmud. Tract. בכורות c. במומין: (ζ) והוא מי שאזניו קטנות הרבה: *cujus aures nimis parvæ.* (η) היינו שאזניו רומות לספוג פירוש גדולות ומקובצות יחד: *cujus aures ſimiles ſunt ſpongiæ*, i. e. *magnæ & convolutæ.* (θ) והוא מי שאזניו תלויות לו למטה: *cujus aures deorſum ſunt pendulæ.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

CAP. I.

SECTIO I.

De

Materia, qvâ unctio hæc peracta fuit.

§. 1. Obiter saltem evolutio sit vocabuli unctionis. §. 2. cur ut oleo fieret hæc unctio & non alio liqvore, mandavit Deus, ostenditur. §. 3. qvæ causa, cur aromata immista fuerint. §. 4. conferuntur versiones circa vocem מר *§. 5. variæ allegantur sententiæ de eo, qvid sit myrrha, & simul affertur qvæ veritati congrua videtur. §. 6. explicatur vox* דרור. *§. 7.* קנמון *§. 8.* קנה *§. 9.* קדה *§. 10. refertur, qvid Talmudici statuunt de modo, qvo hæ species præparatæ sint, ut oleum redderent aromaticum.*

§. I.

TAmetsi usu receptum sit, ut ab evolutione nominali rerum primordia capiantur, secundùm illud: ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις. Id tamen de istiusmodi themate imprimis intelligendum, è cujus vel Etymologiâ, Homonymiâ aut Synonymiâ malè percepta error aliqvis oriri possit, extra omnem dubitationis aleam positum judico. Proinde neminem cum lateat qvid sit unctio ejus vel sono audito, vix operæ erit pretium curiosius indagare velle, num ab ungendo, vel ut Priscianus vult, ab unguendo, & hoc, num ab uniendo (*a*), vel cum Vossio (*b*) ab ungue, ut ungere sit qvasi ungue linire, derivetur; multò minus velle solicitum esse, num Germanorum salben ἀπὸ τῆς σαλπῆς aut ἀλείφειν (*c*) græcis vocabulis suam trahat originem. Nec Homonymia & varia unctionum genera ullum mihi facessant negotium, cum in propatulo sit non esse sermonem de tali unctione, qvæ in Scripturis idem est qvod consolari, erigere aut confortare sensu metaphorico, sed de propriè sic dicta unctione, qvæ liqvore aliqvo peragi solita est.

(*a*) cum oleis & ungventis uniantur corpora, vid. peculiar. Dissert. B. D. Heinrici de Unctione Christi. (*b*) in Etymol. pag. 565. (*c*) Helvig. in Orig. dict. Germ. pag. 248.

§. II. Materia huic unctioni destinata κατ' ἐξοχὴν vocatur שמן המשחה *oleum unctionis*, aut שמן משחת קדש *oleum unctionis sanctum*, cujus specialior præparatio pluribus infra seqvatur. Admiratione verò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

verò dignum, cur præ aliis liqvoribus sat pretiosis, & virtute magna constantibus, qvibus hæc unctio peragi potuisset, oleæ tamen pingvedo electa sit? Inter Rabbinos doctissimus Abarbnel successu non infelici rationem hujus reddere videtur dicens (d): וראוי אם כן שנחקר למה אותה המשיחה צוה האל ית' שהיתה בשמן ולא ביין (שנאמר עליו הברכה ומשמח אלהי') ולא במשקה אחר? והסבה בזה אצלי הוא לפי שהשמן הוא מבין שאר המשקים המורה יותר על הכבוד ומעלה ולזה תמצא בספר שופטים בדברי יותם בן ירובעל אשר דבר לאנשי שכם ער עניני הממלכה כשנשא משלו ואמר: הלוך הלכו את העצים למשוח עליהם מלך וגו' זכר ראשונה הזית ואמר עליה החדלתי את דשני אשר בי יכבדו אלהים ואנשים וגו' הנה יחס הכתוב הכבוד לשמן ולא לדבר אחר ולכן זכרו ראשונה כי היתה השמן מבין שאר הדברים הטבעיים יותר נאות למלוכה והוא היותר נכבד ולכן היה הוא העולה על כל שאר המשקים ומפני זה אמר המשורר כשמן הטוב ער הראש יורד ער הזקן וגו' ואמר שלמה בכל ערת יהיו בגדיך לבנים ושמן על ראשך אל יחסור ולפי שכלי המקדש מבין שאר הכלים והכהנים מבין שאר העם והמלכים מקרב ישראל היו מיוחדים במעלה וכבוד לכן היה אות בחירתם ויחודם המשיחה בשמן המורה עליו ויש לי עוד בזה סברה שנית והוא שהשמן הוא היותר מתמיד זמן ארוך משאר המשקים ולפי שהקדושה בדברים ובכהני ה' היא עד עולם והמלוכה היא למלכים ולזרעם אחריהם לעד אם ילכו בדרכי ה' מפני זה היתה משיחתם בשמן להורות על נצחיות כבודם ומעלתם ושנבחרו לזה ער עלמי עד: *Quamobrem nos investigare deceat, cur, ut oleo fieret hæc unctio & non vino, [super qvod tamen benedictio (e) recitari solet, qvodq; ipsos Deos exhilarat] vel alio liqvore, Deus præceperit? Hoc ideò mihi factum esse videtur, qvia liqvores inter alios oleum maximè gloriam & excellentiam indicat. Invenies enim in libro Judicum, &*

qvidem

qvidem in verbis Jotham filii Jerubaal, qvæ de Regno dixit Viris Sichem, inchoantis parabolam ſuam dicendo: Eundo iverunt arbores ad ungendum ſibi Regem &c. qvod primo omnium mentionem faciat oleæ, inqviens: num deſinam pingvedinem meam, ob qvam me & Dii & Homines honorant &c. Ecce oleum & non aliud ſcriptura honore proſeqvitur, eamq; ob cauſam ejus primum meminit, præ aliis enim rebus naturalibus Regno maximè eſt accommodatum, & ut honore afficiatur dignum. Præſtantius qvoqve eſt aliis liqvoribus, qvo permotus Pſaltes ſcripſit: Sicut ungventum optimum ſuper caput, deſcendens ſuper barbam &c. item Salomo: Veſtes tuæ omni tempore ſint albæ, & oleum ſuper capite tuo ne deficiat. Cum verò vaſa Sanctuarii præ aliis vaſis, Sacerdotes præ reliqvo populo, Reges præ Optimatibus populi honore & eminentia digni ſint, ideò ſignum hujus ſingularis electionis fuit unctio cum oleo prærogativam hanc denotante. Sed adhuc alia mihi occurrit ratio, oleum omnes liqvores durationè vincere. Sanctitas itaqve vaſis & Sacerdotibus cum fuerit æterna, nec minus Regibus eorumq; poſteris, ſi in via Domini ambularent, imperium perpetuum, ut æternitas honoris & præſtantiæ eorundem, ipſos ad hæc in ſeculum electos eſſe, indicaretur, oleo unctio peracta fuit. Qvæ ſanè rationes ab Abarbnele ſuppeditatæ, cur oleum in unctione Sacerdotis ſummi adhibitum, de nihilo non ſunt. Nam, qvantum ad priorem, notatu dignum eſt, qvod ipſa Scriptura Sacra videatur aliqvod peculiare oleæ attribuere, dum eam ita loqventem inducit: num relinqvam כבודי *honorem meum*, qvo aliis excellentior ſum &c. cum tamen de ficu & vite agens dicat: תנובתי *proventum meum*, תירושי *muſtum meum* lætificans, id qvod amplas potius divitias, qvam ſuperiorem honoris gradum denotat. Cui addi poſſet, Græcum vocabulum ἐλαίαν non vulgare aliqvid indicare, volente enim Urſino *(f)* origine eſt Punicum derivatum ab ἐλιῶν, Phænicibus idem qvod Deus, unde ἐλαία vel ἐλαΐς dicenda peculiare Dei donum, niſi à vocis Etymologia petita vim perexiguam haberent. Interim hoc eſt certum, oleas Ethnicis Deaſtris, Minervæ *(g)* præſertim ſanctisſimas fuiſſe, ajuntq; Jovem oleæ ramo coronatum fuiſſe, eam ob cauſam, ut putat Phurnutus, qvod viriditate ſua perenni & pingvedine durationem perpetuam indicet *(h)*, aliis alias reddentibus rationes. Hinc aliter fieri non potuit, qvam ut apud Gentiles qvoqve oleæ in magno eſſent pretio, unde Plinius *(i)*: ſtringi eas verberariq; vetitum fuit, & de Lacedæmoniis fertur *(k)*, cum Atticam igne & ferro vaſtarent,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

vastarent, oleis tamen peperciſſe; imò ſi apud Athenienſes aliqvis ωοέας (l) [ita publicæ oleæ vocatæ ſunt] aratro ſuo attigiſſet, mulctabatur, ſi verò omninò truncaret vel effoderet, ſacrilegii reus agebatur. Alteram rationem qvod attinet, nec ea videtur inepta, cum conſtet omnibus inprimis naturæ ſcrutatoribus, qvanta ſit olei durabilitas & oleæ, qvæ nec cariem ſentit vel vetuſtatem, nec ab ulla, dum ſemper viret, tempeſtate, labefactatur. Itaqve Sacerdotum maximè Summi (m) inunctio, liqvore magis apto, ut ſimul ipſius eminentia indicaretur, fieri non potuit.

(d) in Comment. ſuper cap. 1. I. Reg. p. 195. (e) Judæis traditio eſt, nihil vel veſci vel bibere, cui non præcedat benedictio. Hinc de R. עקיבה refert Talmud. Babel. in Gemara c.6. Tract. ברכות it. Hieroſol. eod. Tract. c.6. f.10. dixiſſe eum לא יטעום אדם כלום עד שיברך *nihil guſtet, cui non benedicat homo,* ibidemq; ſeqvens recenſetur hiſtoria: ר׳ חגוי ור׳ ירמיה סלקין לבי חנוותא קפץ ר׳ חגוי וברך עליהם אמר ליה ר׳ ירמיה יאות עבדת שכר מצות טעונות ברכה: *R. Chagai & R. Jeremiah cum cauponam aſcenderent, & R. Chagai benedictionem ſuper eſculenta recitaret, dixit R. Jeremiah: probè egiſti, omnia enim bona opera benedictione indigent:* Formulæ autem benedictionis variant, pro varietate eduliorum; Si ſuper fructus, qvos ima fert tellus, benedictio dicenda, dicunt: ברוך אתה יי אלהינו מלך העולם בורא פרי האדמה: *Benedictus tu Domine DEUS noſter, Rex æterne, creans fructus terræ.* Solo pane excepto, cui ſi benedicendum, ſubſtituunt: מוציא לחם מן הארץ *educens panem è terra.* Si verò ſuper fructus arboreos benedictio enarranda, hanc eloqvuntur formulam: ברוך אתה יי אלהינו מלך העולם בורא פרי העץ *Benedictus Tu Domine Deus noſter Rex æterne, creans fructus arboris,* vino excepto, cui benedicunt dicendo: בורא פרי הגפן *creans fructum vitis.* De hac benedictionis formula loqvitur Abarbnel, qvando à ritu benedictionis vinum ſuperius laudat.

(f) c. 38. Arboret. Bibl. p. 485. (g) videatur idem p. 186. (h) vid. Pierii Hierogl. p. 664. (i) l. 15. c. 3. (k) vid. Arboret. Bibl. p. 518. (l) uti ex Lyſiæ orat. 6. refert idem p. 488. (m) שצריך כהן הגדול להיות גדול מכל אחיו וזקניו בנוי בכוח בעושר בחכמה ובמראה: *Oportuit enim Sacerdotem ſummum omnes fratres ſuos ſuperare pulchritudine, potentia, dibitiis, ſapientia & forma externa.* c. 39. שלמי הגבורים

§. III. Qvæ ſingularis olei præſtantia, qvâ auctoritas Summi Sacerdotis indicata, aucta videtur in eo, qvod non ſolùm, ſed cum aromatibus mixtum in iſta unctione adhibitum fuerit. Putat qvidem Abarbnel hujus rei hanc poſſe dari rationem: לפי שהבשמים מורים על

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

השם הטוב ועל הפעולות המעולות אשר יצא טבעם בעולם
כי כמן שחבשים ריחם הולך למרחוק כן הוא השם הטוב:
Qvoniam aromata bonam famam & opera indicant, qvorum natura in mundum exit: Nam qvemadmodum odoramentum, sic fama in longum sese exerit. Sed nihil videmus impedire, qvò minùs dicamus, ut dignitas istius olei major fieret, admixta habuisse aromata, aliamq; ob causam non interdictum fuisse ad usus profanos transferri, qvam ne vel ita profanaretur, vel qvotidiano usu vilesceret. Ad rationes, qvas pro sua sententia affert, prædictus R. Abarbnel, licet responsio non desit, suo tamen cuivis hîc liberè abundare sinimus judicio, contenti nostram qvalemcunqve adduxisse opinionem. Cæteroqvin, arte ungventariâ pretiosissima conficere olea, qvæ emere cujusvis non est, Veteribus qvoqve infreqvens non fuit; nam de oleo balsami magno honore affecto refert Plinius *(n)*, qvod duplo ære rependebatur. Idem *(o)* olei Regalis Parthorum Regibus ex pretisissimis aromatibus parati mentionem qvoqve injicit; Pariter apud Imperatores olim usu receptum fuisse legitur, ut rescriptis edictisq; suis peculiari liqvore subscripserint, qvod nulli alii sub pœna rebellionis concessum erat, uti de encausto *(p)* & aliis atramenti speciebus constat. Sed ne longius evager, ad oleum nostrum redeo, cujus essentiam qvatuor hæc aromatum genera ingressa leguntur, מר דרור *myrha libera*, קנמון *cinamomum*, קנה *calamus*, קדה *casia*.

(*n*) l. XII. H. N. c. XXV. (*o*) l. XIII. c. II. (*p*) vid. Panciroll. Tit. II.

§. IV. Prima species ungventi hujus pretiosissimi vocatur מור. Duobus hæc gaudet epithetis in Scriptura Sacra, vocatur enim מור עובר *(q) myrha transiens*, & מור דרור *myrha libera*, illud vertit Luth. fliessende Myrhen/ Paraphrastes verò Chaldaicus hoc in loco explicat de Sacrificiis DEI oblatis dicens: וכדו תקפת עלי מחת גבורתא די"ת היתת על עובדי וכהניא קריבו קרבנה ואסיקו קטורת בוסמין ולא אתקבל ברעוא קדם מרי עלמא ארום מרי אחד דשי תיובתא באנפי: *& mox aggravata est super me plaga Domini, pœnituit me operum meorum, Sacerdotes obtulerunt Sacrificia, & incenderunt suffimenta optima, hoc tamen acceptum non fuit, concluserat enim mihi Deus fores resipiscentiæ;* Ast in seqventi versu 13. ubi demum idem vocabulum occurrit, vertit מורא בחירא *myrha selecta;* Hoc reddidit Onkelos מורא

מורא דכיא *myrha pura*, à qvo non abludit Syrus ܡܘܪ ܕܟܝ Jonathan verò & Targ. Hieroſol. verterunt מור בחיר cum qvibus aliqvo modo conſentit LXX. verſio τὸ ἄνθος σμύρνης ἐκλεκτῆς, *florem myrhæ electæ*, Samaritana verba authent. retinuit מר דרור, aſt Arabs ſubſtituit muſcum, وانت فخذ لك من المسك الخالص *Et tu ſume ex muſco puro.*

(q) Cant. V. 5.

§. V. Eqva verſionum diſcrepantia non potuere non Judæorum imprimis, qvi præ aliis ſoliciti ſunt ſcire, qvænam genuina vocis myrhæ ſignificatio ſit, differentes ſententiæ oriri. Talmudici communiter שמן המור exponere ſolent per סטכת ϛακτὴν (r), Raſchi hîc ſilet, R. Salomo ן' Melech in Michl. ἐπέχειν elegiſſe videtur Lectorem ad Kimchi in Schoraſch. remittens, Aben Eſra, qvi accuratior eſſe ſolet, putat muſcum hîc intelligi dicens: (s) ומלת סר קשה והגאון תרגמה מו"שק והנרא איננו מעצים אע"פ שיש לו ריח טוב אולי בעבור זה הפרידו הכתוב מהבשמים כי כתוב אריתי מורי עם בשמי והנה היא מלוקט וא מרים המביאים אותו כי הוא נעשה בגרון הצבי והנה כתוב וידו נטפו מר אולי כן בהיותו לחז *Vocabulum* מר *difficile, Gaon vertit muſcum, vides itaqve, non eſſe ex arboribus, licet bono conſtet odore, qvæ fortaſſe cauſa eſt, qvod reliqvis aromatibus eam Scriptura contradiſtingvat, ſecundùm illud: colligam (t) myrham meam cum aromate, ubi vides eſſe rem, qvæ colligitnr. Et dicunt, qvi eam apportant, generari in gutture capræ, etiam ſcriptum eſt, manus meæ ſtillant myrham, fortaſſe qvando madet, ita comparatum eſt cum eâ.* Alii multi itidem cum Arabica verſione faciunt vertentes muſcum, dixitq; Ramban: הסכימו המפרשים כי המור הוא הנקרא מוסקו *Conſentiunt Interpretes myrham vocari muſcum (u)*, inter qvos Rambam qvoqve reperimus, cujus hæc ſunt verba (x): המור הוא הדם צרור בחיה הודוע לכל שמתבשמין בה בני אדם בכל מקום *Mor eſt ſangvis concretus in beſtiâ Indiæ, omnibus notus, qvia ubiqve locorum eo ſeſe homines condiunt.* De qvo Rambam licet prædicent à Moſe ei parem non fuiſſe, multum tamen abfuit, ut à reliqvis Rabbinis aſſenſum impetrarit, ut potius ר"בר hanc ejus ſententiam ex profeſſo refutarit in animadverſionibus ſuis dicens: א"ין

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

אין דעתי מקבלת שיכנסו במעשה הקדוש דם שום חיה
בעולם כל שכן דם חוה ממאה *dicit Abraham: nõ percipere possum, qvomodo in opere sancto sanguinem ullius animalis assumserint, ne dicã immundi.* Sed eam ob causam hic vapulat tum à R. Abrah. tum à R. Joseph קארו Authore כסף משנה. Qvi posterior uti in eo totus est, ut Maimonidem contra animadversiones ראב"ד & correctiones רמ"ך defendat, sic qvoq; omnem hic movet lapidem, ut semel susceptam spartam pro virili ornet, qvando prædictam objectionem R. Joseph קארו hoc modo diluere voluit: מה שכתב שאין דעתו מקבלת שיכנס במעשה הקדשתם חיה כל שכן דם חיה טמאה ר"ל שכיון שנשתנה מצורת דם ונעשה כעפר בעלמא והוא בשם מריח ריח טוב ביותר למה יגרע *ad id qvod dicit se non posse intelligere, qvomodo in opere sancto adhibitum fuerit ullum animal, multò minus sanguis immundi, responderi potest: postqvam mutata forma sanguinis, factus fuit ad instar pulveris communis & qvidem optimum spirantis odorem, cur contemnatur?* Sæpè citatus Abraham Medicus Mantuanus משער אריה videns sententiæ, per myrrham muscum intelligi, tàm facilè à Rabbinis subscribi, ille qvid sentiat, his expressit verbis *(y)*: ואני נשאריתי מרעיד ואשתומם מאד על כל רבותינו ז"ל הנזכרים כי נעלם ממני אוך לא בקשן לדעת אמתות הרבר הזה משלומה המלך ע"ה שהעיד עליו הכתוב ואמר ותרב חכמת שלומה מחכמת כל בנוקדם וגו' ויודבר על העצים וגו' הלא הוא הראה להם כמעט באצבע מה הוא המור ולא כחש ורשו מעל ספר שיה רשוים וקראו פסוק זה אלך לי אל הר המור ואל גבעת הלבונה · שאמרו שלמה הן מצד החכמה שנתן אלקים בקרבו וזן מה ששמע ממלכת שבא שדבר עמה פה אל פה והוא הפיאה לו מארצה המור ושאר הבשמים הצומחים שם ככתוב גמלים נושאים בשמים לרוב וגו' לא בא כבושם החוא עוד לרוב אשר נתנה מלכת שבא וגו' עד שודע שלמה ממנה בברור היכן צומח המור והיכן הלבונה ואוך בקשו החכמים האלה המור
מן

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

מן הבהמה או מן החוה׳ אם המור הוא אילן צומח על ההרים׃

Ast ego superſum ob prædictos Rabbinos noſtros omninò ſtupefactus; me enim latet, cur non ſoliciti fuerint veritatem à Salomone, ſuper quo pax ſit, cognoſcere, de quo teſtatur Scriptura dicens: & ſuperabat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium orientalium &c. Annon ille digito fermè iis monſtrat quid ſit mor? Quærite è Cantico Canticorum, & legite hunc textum: Vadam ad montem myrrhæ & ad collem thuris, quem dixit Salomo, tum in reſpectu ad ſapientiam, quâ DEUS ipſum ornarat, tum ratione habitâ ad id, quod audiverat è Reginâ Sabæ, cum qua locutus fuerat ore ad os, quæque è terrâ ſuâ myrrham aliaq; aromata ibidem germinantia, ei adduxerat, ſecundùm illud: Cameli portabant aromata multa &c. non venit tàm multum aroma ac illud, quod dedit Reginæ Sabæ &c. adeò ut ex hac Salomo certiſſimus fieri potuerit, quomodo germinaret myrrha, quomodo thus. Si verò myrrhæ arbor eſt creſcens in montibus altis, cur eam ſapientes prædicti in jumento vel beſtiâ quærunt? Quam ſuam opinionem clariorem reddit in ſequentibus, in hæc erumpens verba: על כן דעו נא בני כי המור שהוא
חכם הנקרא בלשוננו הקדוש מור יקראו אותו היונים
סמירנה׳ והלאטיני מירא הערביים ליר או מור בוא״ו
שורק או מור בוא״ו חולם והלועזים מירה׳ והוא
זאת אשר כתב לנו דיאוסקורידי על נכון בספר הראשון
שלו פרק ס״ר והוא הנכנסת בקטורת לא
זולת כי כן תרגם גם כן אונקלוס ז״ל מירא דכיא׃

Scitote itaque filii mei, myrrham, quæ aroma, in lingua noſtra ſanctâ vocatum מור, *à Græcis* σμύρνη *dici, à Latinis myrrham, ab Arabibus* ליר *(ego puto legendum eſſe* מיר*) vel mur cum vau ſchureck, vel mor cum vau cholem, à Barbaris* (Italis) *Mira, ſitq; illud ipſum quod Dioſcorides nobis in l. 1. c. 64. verè deſcribit, idemq; quod ſuffimenti eſſentiam ingreſſum eſt, & non aliud, prout hoc Onkelos p. m. explicavit: myrrha pura.* Cum hoc Rabbi Chriſtiani Doctores Arias Montanus, Lyra, Menochius, Vatablus, Malvenda, Junius & Tremellius &c. faciunt, qui unanimiter reddunt myrrham, & volunt, lachrymam eſſe arboris nondum omnibus notæ; Nec puto de eo dubitari poſſe, cùm ex Cantico conſtet, myrrham ex arbore provenire, & non eſſe ſangvinem in gutture alicujus animalis coagulatum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

) loca illa Talmudica in unum vid. collecta à Magnif. Dn. D. Carpzovio, Præceptore noſtro omni reverentiæ cultu proſeqvendo, in notis accuratiſſimis ad Jus Regium Schickardi p. 64. (s) Qvæ Aben Eſræ verba qvàm clara etiam fuerint, tamen in contrarium ſenſum eadem allegavit רד"ק in Scoraſch. ſub voce מור dicens: החכם הרא"בע כתב יש שפירשוהו מוסקו ואם היא מור מוסקו לא היה אומר ואריתי מורי כי מוסקו אינו צמח שיארה והוא פירש אותו ממוני הצמחים שמתלקט: *Sapiens R.* בן *Eſra ſcripſit: Sunt qvi explicant per muſcum; Si verò myrha muſcus, non dixiſſet & carpam myrham meam, muſcus enim non eſt germen, qvod decerpi poteſt; ipſe verò* (Eſra) *explicat per ſpeciem herbarum, qvæ decerpitur.* Sed ei contradicitur ab Authore שלמי הגבירים hisce verbis: ובמחילה מכבודו אני אברהם לא מצאתי דברים כאלה בה"ראבע ז"ל *pace tamen tam honorati Viri, ego Abraham non inveni iſtiusmodi apud R. Abraham filium Eſræ p. m.* & meritò, uti teſtatur ipſa ocularis inſpectio. (t) ארה qvidem ſignificat decerpſit, uti conſtat ex Lexicographis, videatur Buxtorff. Lexic. p. 48. Rabbini verò volunt, ut idem qvoqve ſit qvod colligere, prout ex hoc loco Aben Eſræ conſtat, conferatur qvoq; David de pomis in ſuo צמח דוד p. 7. qvi dicit ארה לקט (u) id falſum oſtenditur in Schilt. hagibor. p. 86. col. 2. in fin. ex eo qvod Rabbini muſcum reddant מוסקו myrham verò אינברנון, id, niſi menda fuerit typographica, rectius ego putarem legi אינמרנון, evolvi enim ipſum מרש חזות (ita vocatur Commentarius myſticus in Cantic. ideò qvia inchoatur ab his Salomonis verbis petitis è c. 22. Proverb. v. 29. חזות איש מהיר במלאכתו וגו) in Rabboth, qvo inductus ſententiam τῦ רמ"בן negavit R. Abraham in Schilte, ibidemq; inveni non אינברנון ſed אינמרנון qvod magis convenit cum voce myrha; R. Bechai in legem p. 118. ſtatuens myrham non eſſe muſcum legit אמ"רנון dicendo ולכך פיר' הוא ז"ל שהמר אינו מוסק אבל הוא הסם הנקרא בלשון ערבי לא"מר ובלשון רומי מירא בלשון פרסי אמ"רנון *& idcirco explicat ille, ſc. Ramban, b. m. qvod myrha non ſit muſcus, ſed aroma, vocatum ab Arabibus* לאמר, *à Romanis myrha, à Perſis* אמרנון. (x) in הלכות כלי המקדש c. 1. mihi p. 177. (y) שלמו הגבירים p. 86. col. 3.

§. VI. De voce דרור, qvæ apponitur myrhæ, pariter non idem omnes ſentiunt. Qvi רמ"בם aliqvid tribuunt, ſtudioſiſſimi ſunt, ut ita ſuam attemperare poſſint interpretationem, ne ea veritati contradicere videatur. רמ"בן putat omnem hîc tolli difficultatem, ſi dicat: ופירושו דרור מלשון וקראתם דרור שהיה חפשי מן הזיוף והתערבת *Explicatio* דרור *ex illo: & vocabitis libertatem* &c. Levit. 25. v. 10.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

25. v. 10 *ut sit libera ab adulteratione & mixtione.* Sed hanc ipsius mentem mutasse videtur, inqviens: ואולי נאמר שהצריך הכתוב להיותו חפשי לומר שיוקח מהצבי ההוא בהיותו חפשי מתהלך בין ערוגת הבשמים ומתענג כרצונו כי כאשר ילכד ויעמוד ברשות אדם לא יעשה מור כי אם מעטן, אינן מבושם וזה דבר ברור *Et forsan dicemus necessariò requirere Scripturam, ut sit libera, i. e. ut sumatur è capra illa, dum libera inter areas aromaticas incedit, & pro lubitu ibidem semet pascere potest, capta enim & in potestate hominum non nisi parum myrhæ conficit, & hoc ne qvidem odoriferum, id qvod res plana est.* R. Abraham in שלטי הגבור duplicem affert rationem, ob qvam myrha vocata fuerit libera, una: וגם ידענו שתורתנו הקדושה צותה שנקח המור כשהוא דרור היינו כשהוא מונח ועומד במקום ההר והערוגה שצומח בה שאז המור הוא הפקר לכל ועומד שם בלי שמירה: *Etiam scimus legem nostram sanctã præcepisse, ut sumeretur myrha libera, i. e. cum jacet in loco montis vel in area, in qva germinat, tunc enim omnibus est communis, ibiq; invenitur sine omni custodia.* Altera: שיהיה נקי מהזיוף שמזייפין אותו תמיד *ut sit libera ab adulteratione, cum eam semper adulterare soleant.* Cui posterioà ר"דק in Schoraschim subscribitur item à R. Salomon Melech *(z)* his verbis: דרור המור הטוב שהוא חפשי מן הזיוף והתערובת *Dror, myrha bona, qvæ ab adulteratione & mixtione libera est.* Nec possumus non qvin eidem nostrum adjiciamus calculum, cum veritati maximè consentaneâ videatur; vox enim דרור idem qvod נקי vel חפשי in Scriptura Sacra, libertatem significat oppositam Servituti vel captivitati, ut ita מור דרור *myrha libera*, sit qvasi myrha liberata, non adulterata vel commixta cum aliis liqvoribus, qvi vires ejus vel opprimunt, vel pretium minuunt. Myrham aliàs solent adulterare קומום Gummi qvodam הנקרא צמג ארערב ab Arabibus vocato צמג *(a)* uti extat in Schilte Haggibbor: item opocalpaso *(b)* secundùm Galenum, & globis lentisci, succo qvoqve cucumeris ob amaritudinem & spuma argenti ob gravitatem, ut patet ex Plinio *(c)*, conferantur Theophrastus *(d)*, Galenus *(e)*, Dioscorides *(f)*, ejusq; Commentator Andreas Matthiolus, præprimis sæpè laudatus R. Abraham in שלטי הגבורים, qvi non tantùm huc facientia stylo eleganti ex aliis Autoribus congessit,

sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

sed & de suo haut inutilia multa superaddit. Variæ qvoqve dantur myrrhæ species, qvæ & locis & viribus differunt. Auctores omnes consentiunt Troglodyticam omnium esse optimam, vilioris pretii Arabicam & Sabæam, qvam seqvi caucalem *(g)*, omnium verò deterrimam esse, qvæ ergasina *(h)* vocatur. Sed hæc ubivis sunt obvia, de qvibus præter anteà citatos auctores conferri poterit Ursinus in Horto Aromatico.

(*z*) In מכלל יפי p. 23. col. 1.

(*a*) סחג vel סחג Arabibus est gummi peculiariter arabicum, à radice סחג gummi indidit rei.

(*b*) Opocalpasum vel opocarpason est succus arboris calpasi, myrrhæ similis, sed venenatus, exitialis & strangulationem inducens, test. Gal. l.I. Antidot. c. 11.& Langelot. l.I. c. 62. (*c*) l.XII. c.15. (*d*) l.IX.. H.N. c.4. (*e*) l.VIII. (*f*) l.I. c. 67. (*g*) Καυκάλιον vel βαβάλιον est vas sonum edens, qvando aqva ei infunditur, uti explicat Joh. Scapula p.m. 62. Lexici sui, tunc enim qvasi βαΰζει latrat & baubatur, qvod ignotū nō fuit R. Abraham in c.82. שרמו הגברים, qvi ita super hanc vocem commentatus est: ויש מהמורדים מין אחר נקרא קאבקאליאו אולי מפני שמרוב יובשו על שהוא רזא כשוקושו עליו ושמיע קול כי הנה קאבקאליאון בלשון יון ר"ל כלי המשמיע קולו כשיוריקו ממנו דבר כמו מים ויין במחזורים *Alia adest myrrhæ species, vocata caucalis, fortasse ideò, qvod ob nimiam ariditatem, (qvippe cùm sit macilenta) qvando ad eam allidunt, sonum edat, nam ecce caucalion in lingva Græca est vas edens sonum, qvando aqva aut vinum, vel alia materia ex eo celeriter effunditur.* (*h*) idem R. Abraham putat ita vocari à Græco ἐργάζομαι ארגאסימו בלשון יון איגאטיס רוצה לומר איש שוה נבזה ובעל מלאכה בחותרים: *Ergosimo in lingva Græca ἐργάτης, vir agrestis & contemtus agens viliora.*

§. VII. Secunda species Mosi ad conficiendum ungventum commendata fuit קנמון בשם *Cinamomum optimum.* Hoc non Interpretes tantùm Judæos pariter ac Christianos diu suspensos tenuit; sed & ipsos Medicos, qvi in scrutanda herbarum naturâ, earumq; affectionibus cognoscendis aliis multò feliciores esse solent, longè multumq; vexavit; dubitatum enim fuit à Cassia num differat Cinamomum, an statuendum idem esse cum eo, qvod Canellam barbarè vocare sueverunt. Qvi ante Garciam ab horto vixerunt, *Dioscorides, Serapion, Plinius,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

Plinius, *Theophraſtus*, *Galenus*, *Avicenna*, aliiq́; multi cinamomum diſtinctam volunt eſſe ſpeciem à caſsiâ ligneâ, qvibus adverſatur Garcias ab horto, & qvi ejus veſtigia premunt, ſtatuentes unam eandemq́; eſſe ſpeciem, ſi habenda fides *Tabernæmontano*, *Urſino* & *R. Abraham Medico Mantuenſi*, qvi ultimus Garciæ verba in c. 85. ſeqventi modo in idiomate Hebræo explicuit: והנה הקאסיאה ליניאה הערביים והפרסיים קוראים אותה סאליחא"ה· והההנדים קוראים אותה קאנילא"ה: ואין בין הקאנולה והקאסיאה ליניאה אצלם הפרש· אמנם חלוף השמות שיש לה לקאנולה כי פעמים קוראים אותה קאסיאה ליניאה ופעמים קנמון אמר גארציא"ה שהיו אנשי הקינה סבה לדבר הזה כי היו בזמנים שונים מוכרי' באורמז קאנולה טובה ורעה לפי טבע המקו"ם מארצות הקינה שהית' צומחת שם כי הקאנולה של ארץ זיאולאן הי"א המובחרת ושל מאלאואר אינה טובה כמוה ושל יאואה הי"א רע"ה ממנ"ה· ועל כי הקאנולה האחד היתה במראית"ה ויופיה טובה מחברתה היו קוראים לקאנולה הזאת בשם אחד ולאחרת בשם אחר לכסות המרמה אמנם על האמת כלה הוא ממין אחד: *Et ecce Caſsia lignea ab Arabibus & Perſis vocatur Salicha, ab Indis verò Canella, nec apud illos Canellam inter & caſsiam ulla datur differentia. Verum diverſitatem vocis canellæ qvod concernit (ſæpiùs enim vocatur caſsia lignea, non rarò cinamomum), ſtatuit Garcias, Chinenſes ejus cauſam eſſe, qvi Ormutz & probam & vilioris pretii pro naturâ loci, ubi creſcit, venalem exponunt. Optima enim, qvæ in terra Zeilane, germinat, vilior qvæ in Malavar, omnium deterrima, qvam profert Java. Et ideò canellam, formâ & pulchritudine aliam ſuperantem, uno appellitant nomine Canella; aliam aliter vocant, ut obtegatur fraus, utraqve tamen unam conſtituente ſpeciem.* Aſt in ſeqventibus arborem cinamomi ex Garcia paululum prolixius ita deſcribit prædictus Rabbi: והנה גארציאה הלוה כתב גם כן צורת האילן מהקאנולא"ה ואמר האילן הזה הוא גדול כאילנות הזיתים ולפעמים הוי"א קטון מהם מעט ויש לו ענפים רבים שאינם עקומים אלא"ז זקופים וישרי"ם· וצבע העלים שלו הם כצבע עלי הלאברו ורומים

ורומים כמעט בצורתם לעלי האילן שעושה הפירות
הדם שקראו אותם הוונים מידקא מולה או קודרומיל.
הלאטיני ציטריאה או מידיקא מאלא או ציטרו מאלי.
האשכנזים ציטרון היפפל או ציטרונאטין או יודין היפפל.
הספרדים ציידרס. והצרפתי אונגטירון. ובר"ע פומי ציטרי
ואינם רומין כאשר אמרו אחרים לעלי הנטועה החיא הנקראת
בלשון יון ולאטיני אוריס. בערבי אסמיני יוני או אויודסי.
ובר"ע יולי מוריולי. ופרח האילן הזה הוא לבן והפרי שלו
הוא שחור ועגול וגדול כבטנים או כזיתים הקטנים:

Et ecce Garcias hic formam quoque arboris Canellæ descripsit dicens: hæc arbor magnitudine æquat oleas, & interdum iis paulò minor invenitur ramis constans multis, iisque non obtortis, sed erectis simul ac rectis. Color foliis idem fermè qui helleboro est, forma autem eorundem accedit ad figuram foliorum ejus arboris, quæ progerminat fructus à Græcis vocatos μηδικὸν μῆλον; vel κεδρόμηλον, Latini Citria, vel malum medicum, aut citrinum malum, Germani Citron-Apffel *vel* Citronad, *aut* Juden-ap̃fel/ *Hispani Cidra, Galli Citron, Itali pome de Citri. Nec ut alii voluerunt similia sunt plantæ, Græcè & Latinè vocatæ Iris, Arabicè Arierſa &c. flos enim hujus arboris albus, fructus autem niger & rotundus, magnitudine æquans nuces therebintinas aut olivas parvas.* Cum qua Garciæ sententia non obscurè consentit ipsemet prædictus Rabbi, præcipuè qvando id agit, ut ostendat qvid sit קלופה aliqva ex undecim speciebus *(h)*, è qvibus suffimentum fuit confectum; verùm in seqventibus, si rectè ejus verba intellexerimus, videtur destruere, qvod antea affirmarat מפני אסמוך בפירוש על דברי הרמ"בן ז"ל בפראשית
שהם מוסרים על דברי רבותינו ז"ל בפראשית
רבה. ובמדרש חזית אמרו קנמון הוא גדל בארץ ישראל
והיו עזים וצבאים אוכלים ממנו. ע"כ אמר הרמ"בן ולפי
דעתי הוא התבן המבושם הנקרא ערבי אראבאר. ובלשון
רומיים סקוינאנטו. ובלעז פאיוקה דימיקא היוני קש או מוץ
הבא מהעיר החיא הנקראת מיקה והוא מרעה גמלים במקום

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

in explicando nitor verbis Ramban p. m. fundatis ſuper verba Rabbinorum noſtrorum p. m. in Breſchit Rabba. Et in Commentario myſtico חזרת *dicto ajunt: Cinamomum creſcit in terra Iſraël, qvod caprę hircig; comedunt. Idcirco dixit Ramban: uti ſentio, eſt palea odorifera Arabibus Adaber, in lingva Romana ſqvinantum, in Hiſpanica paja de mecca, i. e. ſtipula vel humor veniens Mecca, eſtq; in loco ſuo* [ubi creſcit] *pabulum Camelorum.* Sed neqve hæc multò minus alia, fabulas puta, qvibus hiſtoria cinamomi obſcuratur, ejus feſtucas ab avibus prægrandibus in nidos ſuos, qvos è luto in locis præruptis & inacceſſis ſtruant, ferri, nos moveant, cum vel fabuloſa ſint & nullâ obſervatione digna, vel labyrinthus, qvem ingredi difficile, egredi nemini licuit. Interim nihil videtur impedire, qvò minus dicatur hodierna Canella per קנמון intelligi poſſe, cum & aroma ſit fragrantiſſimum ſpirans odorem, uti de קנמון conſtat, & latinè reddatur cinamomum; qvo Hebræum קנמון exprimi, omnibus notum eſt. Plura autem de cinamomo qvi legere cupit, evolvat *Herodotum (i), Matthiol. in Dioſcorid. (k) Urſin. (l),* imprimis *Jonſtonium (m).*

(*b*) Rabbini ſtatuunt undecim ſpeciebus aromaticis conſtitiſſe קטורת ſuffimentum, de qvibus ita Raſchi ſuper v. 34. c. 30. Exod. מכאן למדו רבותינו י"א סמנים נאמרו לו למשה בסיני מעוט סמים שנים נטף ושחלת וחלבונה ג' הרי ה' סמים לרבות עוד כמו אלו הרי עשר ולבונה הרי י"א ואלו הן הצרי והצפורן החלבונה והלבונה מר וקציעה שבלת נרד וכרכם הרי ח' שהשבלת ונרד אחד שהנרד דומה לשבלת הקושט והקלופה וקנה והקנמון הרי י"א:

Hinc diſcunt Rabbini noſtri undecim aromata commendata fuiſſe Moſi in Sinai. Vocabulum סמים ad minimum duo denotat, ſtacte, onyx, Galbanum, tria, conjunctim qvinqve; Vocabulum סמים (qvod in textu iteratur) totidem, ergò decem, thus eſt undecimum. Sunt autem ſeqventia: Balſamum, onyx, galbanum, thus myrrha, kzia, ſpica nardi, crocus, octo, (nam ſpica & nardus unum tantùm aroma eſt, cùm nardus ſit ſimilis ſpicæ) cortex odorata, calamus & cinamomum, ecce ſunt undecim.

(*i*) l. 3. (*k*) l. 1. c. 12. & 13. (*l*) c. V. p. 220. (*m*) l. 3. de arbor. aromaticis. c. 4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

§. VIII. Prioribus duabus aromatum ſpeciebus adjuncta fuit tertia קנה vocata, de qva conſtat, aroma qvidem fuiſſe pretioſum, in cultu divino à Judæis adhibitum, è terrâ longinqvâ India fortaſſè in Canaan aſportatum, nec non diſtinctum à reliqvis ungventi ſpeciebus, cinamomum puta & myrrham, aſt qvid ſit, ad hodiernum usqve diem latuit. LXX. verterunt καλάμῳ, Vulgata *Calami*, Targum Onkelos וקנה בוסמה, Syrus ܒܣܡ ܩܢܐ, Arabs قصب, Lutherus Kalmes. Qvæ verſiones nihil vel parum ſuppeditant, qvod ad accuratam aromatis hujus notitiam facere poſſet. Sed & Interpretes fluctuaſſe apparet, nihil certi ſtatuentes: Raſchi ita rem expedit: קנה של בשם לפי שיש קנים שאין של בשם הוצרך לומר בשם *Calamus aromaticus, qvia adſunt calami, qvi non ſunt aromatici, opus ei fuit ſuperaddere* בשם, R. Salomo Aben Melech vulgo dictam canellam eſſe putat ſcribens: הבשם שהוא כדמות קנה נקרא בלעז קנוילא נקרא כן *aroma, qvod calamo canella dicto ſimile eſt, ita vocatur (n).* Præ aliis ea mihi eligenda videtur opinio, qvæ vult calamum aromaticum hîc intelligi, non qvidem communem, qvi nihil aromatici habet odoris & vulgo Kalmes dicitur *(o)*, ſed Veterum, qvi non eſt radix ut acorus, ſed arundo qvædam aromatica in hisce terris admodum rara, qvæ non niſi Principum Magnatumq; favore ac induſtriâ procurari poteſt. Hæcq; ſententia non tantùm aliqvid lucis accipit ex ipſo vocabulo, qvod ſignificat calamum, arundinem, ſed & ex ipſa calami aromatici definitione, qvæ ita traditur à Plinio *(p)*, ſecundùm Urſin: *Calamus odoratus arundo eſt, nec multum abſimilis juncus odoratus, naſcuntur in Syria & India odorum ungventorumq; cauſa, nihil à cæteris ſui generis differunt aſpectu.* Qvæ ex aſſe conveniunt cum iis, qvæ de קנה obſervantur.

(*n*) Hæc ſunt ipſisſima R. Kimhi verba pag. 443. in Schoraſch. (*o*) ſed minus rectè, qvippe cum ſit verum acorum, qvod ex ignorantia Medicorum qvorundam, præeunte Jano Cornario Medico celeberrimo, ſecundùm Tabernæmontanum, pro vero calamo aromatico venditatur. (*p*) LXVII. c. 22.

§. IX. Tandem & קדה Moſi commendatur, ut reliqvis aromatibus illud aſſocíet, de cujus accurata cognitione omnis ſpes evanuit. LXX. verterunt ἰρεως, Onkelos וקציעתא, Syrus ܩܨܥܬܐ, Arabs وقسط Lutherus Caßien. Ex qvibus patet, Veterum plerosqve ſtatuiſſe per קדה intelligi קציעה, ut verè Aben Eſra dicere potuerit קדה מהקבלה ודענו

ידענו שהוא קציעה *Scimus per traditionem, qvòd Kidda sit Kzia,* idem vide apud R. Salom. Melech. Sed benè notandum, non omnes velle קציעה Casſiam denotari, ſed aliam radicem agolochum vocatam, qvibus accenſendus R. Abraham משער אריה inqviens: הקציעה הוא הסם הנקרא בלשון יון אגלוקון או גסילאלואי *Kzia, aroma, qvod in lingva Græca vocatur ἀγάλοχον, aut Xylaloë.* Idq; probat tum Targum, qvod vocat Hieroſolymitanum, *(q)* verba Pſalmi 45. v. 9. ואהלות קציעות reddente אקסיליאולין, uti legat Ramban, aut: מירא דכיא אקסיל אלואון וקציעת myrrha pura &c. ſed ut vau illud voci ultimæ vitiosè appoſitum ſit ſecundùm prædictum Rabbi, tum aliis duabus rationibus c. 83. operis ſui *(r)*. Cum Arabica verſione faciunt רל"בג, Abarbnel item & David Kimchi natione Hiſpanus; Urſinus autem putat, Kiddam eſſe vel iridem, vel coſtum & non casſiam, utpote qvæ in Scriptura Sacra ſuo peculiari nomine gaudet.

(q) Putant nonnulli Targum in Pſalmos, Proverbia & Hiobum Hieroſolymitanum vocari, de qvo videri poteſt Judaiſm. Beati Dn. D. Mülleri.

המופת האחד הוא שהכתוב אמר מר ואהלות קציעות *(r)* כל בגדתיך· ואם הקציעה תהיה סם משונה מהאהלות אמר או מר אהלות קציעות בלי תוספת ו"או לשום אחד מהם ויהיו שלושה סמים על דרך אדם שאת אנוש שהיו שלושה אנשים שונים· או יאמר מר ואהלות וקציעות או מר אהלות וקציעות על דרך אורם פטדה וברקת· על כן באומרו ואהלות קציעות יהיה המר סם אחד נפרד· ואהלות קציעות סם אחד בשתוף לז זולת· המופת השני הוא הטבע טעמים שהם תחת המילות כי הנה תחת מילת ואהלות יש הטעם הנקרא גלגל ובראש תיבת קציעות קודם הנקודות יש הטעם הנקרא ימנות וידענו ברקדוק שכשהוא בראש התיבה קודם הנקודות אין התיבה מלעול בעבורו אך נוגן הקריאה והחשקט נעשה לתיבה שהימנות בראשיתה אף על פי שהיה הגלגל אחריה או קודם לה בתיבה אחרת כמו

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

שהוא במקום הזה תחת תיבת ואהלות על כן כשנקרא
ואהלות קציעות ברדיפה ונשקוט בנוגן במלת קציעות
דבר גלוי הוא ומפורסם לכל שהאהלות קציעות הם
דבר אחד או סם אחד בלבד ולא שני סמים ויהוה
האהלות פשוט הגסילאלואי או טוב או רע שוהיה
והאהלות עם ליווי קציעות יהיה הגסילאלואי המובחר
כמו שהמור הפשוט הוא גם חוא המור או טוב
או רע שוהיה והמור דרור הוא מובחר:

Ratio una est, qbod Scriptura dicit מור ואהלות קציעות כל בגדתיך *si verò* מור אהלות קציעה *sit aroma ab* אהלות *distinctum, dixisset aut:* קציעות *nulli harum vocum appositò vau, ut sint tria distincta aromatum genera, qbemadmodum Adam, Seth, Enosch tres sunt distincti homines. Aut* מר אהלות וקציעות *vel etiam* מר ואהלות וקציעות *eo modo, qbo dicitur* אורם פטרה וברקת. *Eapropter cum dicitur* ואהלות קציעות *myrrha est unum distinctum aroma* ואהלות קציעות *conjunctim, alterum, & non aliter. Altera ratio petita est à natura accentuum, qbi sub vocibus inveniuntur. Nam ecce sub voce* ואהלות *est, qbi vocatur* גלגל (aliàs dargam nominare solent שופר גלגל uti constat ex c. 27. ערוגת הבשם p. 93. & tipcham, non anteriorem, qvi in libris metricis invenitur, sed qvem prosaici habent, שופר uti ex his Kimchi verbis constat in comment. ad v. 11. c. 6. Zachariæ. ועשרת לבן נפתלי מלרע השופר ב"תון ולבן אשר מלעל השופר ב"שין secundùm sententiam Filii Naphtali vox ועשרת acuta est tipcha existente sub litera ת, ast volente Filio Ascher sit penacuta tipcha nimirùm sub litera ש positò. Miror itaqve cur כ qvi sub voce אהלות reperitur, ita vocitet); *ast in principio vocis* קציעות *ante vocalem est qbem dicunt* ימנית (tipcha anterior, qvi aliàs מאילא vocatur, videatur ערוגת הבשם cit. loc.), *Scimus verò ex Grammatica, qbando is* (scil. tipcha) *in principio vocis ante vocalem invenitur, qbod vox ejus causa non sit penacuta, sed qbod elevatio vocis & pausa accidat vocabulo, sub cujus principio fuerit accentus* גלגל, *licet post aut ante illud sub alia voce constitutus inveniatur, e. gr. hoc loco sub voce* ואהלות. *Idcirco, qbando celeriter legimus* ואהלות קציעות *& vocem elevamus in vocabulo* קציות, *manifestum erit ac clarum omnibus*

ואהלות

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

אהלות קציעות *unum aroma denotari, & non plura, esseq; absolutè sic dictum agalochum sine discrimine bonum vel malum, ast* אהלות *cum apposito* קציעות *agalochum optimum: qvemadmodum myrrha indifferens, neq; probam neq; vilioris pretii denotat, ast myrrha libera optimam.*

§. X. Jam de pondere & mensura harum specierum qvædam dicenda forent, jussit enim Deus Mosen ut olei sumeret hin, myrrhæ & cassiæ qvingentos, cinamomi verò & calami ducentos & qvinqvaginta siclos. Sed cum inter alios, ferias hic nobis fecerit Balthasar Scheidius, in peculiari dissertatione hæc omnia fusè tractans, qvare ea repetendo L.B. nauseam moveremus, qvem itaqve ad doctum illud Doctissimi olim Viri scriptum remittimus, demodo, qvo oleum hocce sanctum compositum, aliqvantulum soliciti. Is autem seqventem in modum traditur: רקח מרקחת מעשה לקח. Qvæ verba ita fuere reddita ab Onkelos: בוסמנא עובד בוסמים *aroma confectum opere artis ungventariæ*, Jonathan, filius dictus Uzielis: בושם מתבשם עובד מתבשם בשמא ממזג *aroma, confectum operæ Pharmacopolæ aroma miscentis*, Arabs عطرا صنعة عطارا *aroma confectum opere seplasiarii*, Syrus paulum abit à textu authentico ܒܘܣܡ ܡܬܥܒܕ ܥܒܕ ܒܘܣܡ *aroma fragrantissimum confice*, LXX. μυρον μυρεψικον τεχνη μυρεψου, ungventum ungventarium arte ungventarii, B. Lutherus: Ein Salb-Oele/nach der Apothecker-Kunst. E qvibus constat non promiscuè qvovis modo hoc oleum fuisse componendum, sed singulari artificio & diligentia, prout à peritis artificibus fieri solet. Hoc convenit cum Commentario Raschi, in qvo vocabulum מרקחת simul ita explicatur. וכל דבר המעורב בחבירו עד שזה קופח מזה או ריח או טעם קרוי מרקחת: רקח מרקחת / רקח העשוי ע"י אומנות ותערובת *Qvodcunq; cum altero sibi conjuncto miscetur, donec ab illo sive odorem, sive saporem attraxerit, vocatur* רקח מרקחת. *est ungventatio facta artificiosa commistione.* Aliàs Talmud. in Tr. שופר de modo præparandi hoc ungventum soliciti seqq. tradunt:

ואחה

ואתה קח לך בשמים ראש וגו׳ וקדה חמש מאות בשקל
הקדש שהן אלף וחמש מאות מינין שמן זית הין שנים
ועשר לוג שבו שולקין את העיקרים דברי ר״מ רבי
יהודה אומר שולקן היה במים ונותן שמן למעלה כדי
שיהא קולט את הריח היה מעבירו כדרך שהפטמין
עושין שנאמר ועשית אותו שמן משחת קדש רקח וגו׳:

Et tu sume tibi aromata capitis &c. Kidda qvingentos siclos sanctuarii, qvi sunt mille & qvingentæ libræ. Hin olei olivæ conficit duodecim logim, in qvibus secundùm R. Meir radices coxerunt, ast R. Jehuda dicit: iisdem in aqvâ coctis superinfudit oleum, qvod ut attraheret odorem, ita transire fecit radices, prout seplasiarii solent, secundùm illud: & facies illud oleum, oleum unctionis sanctum &c. Et ne impossibile videatur, tàm parvam ungventi qvantitatem tot rebus ungvendis suffecisse, dicunt: תני רבי יהודה ברבי אילי שמן המשחה שעשה משה
במדבר מעשה נסים היה בו מתחלתו ועד סופו שמתחלה
לא היה אלא י״ב לוג ש״נ שמן זית הין אם לסוך בו
העקרים לא היה בו ספיק על אחת כמה וכמה
שהאור בולע והעצים בולעין ויורה בולעת וממנו נמשחו
המשכן וכל כליו ומנורה וכל כלים ממנו נמש׳ אהרון ובניו
כל שבעת ימי המלואים וממנו נמשחו כהנים ומלכים

Tradit R. Jehuda, filius R. Ilai, & circa principium & circa finem ungventi à Mose in deserto confecti, miracula accidisse: initio duodecim tantùm logim constitit, secundùm illud: hin olei olivæ. Quæ qvantitas si ad ungendas radices non suffecerit, qvanto minus ut ex ea aliqvid hauserit lumen, ligna & lecythus, ut ea uncta fuerint Tabernaculum cum sua supellectili, candelabrum cum suis vasis, Aharon item & filii ejus singulis initiationis diebus, pariter ac sacerdotes cum Regibus. Et in Tractatu תורות itidem dicunt: תנו רבנן שמן המשחה שעשה משה במדבר
היו שולקין בו את העקרים דברי רבי יהודה רבי
יוסי אומר והלא לסוך את העקרים אינו סופק אלא
שורין את העקרים במים ומציף עליו שמן וקולט את
ריח

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

רוח וקפרוח. *Tradunt Rabbini noſtri in oleo unctionis à Moſe in deſerto præparato radices fuiſſe elixatas, verba eſſe R. Jehudæ, aſt. R. Joſe dixiſſe, nonne ad ungendas radices inſufficiens fuit? verùm radicibus in aqva maceratis oleũ ſuperinfudit (Moſe) qvod deinde recepto odore expreſſit.* Sed non unam ob cauſam dubitant nonnulli Chriſtianorum Philologorum, num radices illæ aromaticæ aqvâ prius maceratæ fuerint, cum notiſſimum ſit cujus poros aqva ingreſſa, illud ut cum oleo miſceatur ægre pati; ne dicam probabile haud eſſe maximam odoris partem in aqva expiraſſe, reliqviis paucis oleo relictis. Sed id volunt, compoſitionem hanc ignis ope fuiſſe peractam, ubi artis fuit opus diverſa hæc aromatum genera in aheno ita adunari, ne nimia vel ſpiſſitudine, vel fluiditate ad operationes ſanctas ungventum minus idoneum redderetur.

SECTIO II.

De Unctionis objecto, ſeu materia circa qvam.

§. 1. Objectum poſſe conſiderari vel generaliter, vel ſpecialiter. §. 2. oportuiſſe ambientem officium Sacerdotis ſummi ad annos pubertatis veniſſe. §. 3. eſſe liberum à vitiis corporis & §. 4. animi §. 5. recenſentur alia in Sacerdote ſummo, ſed jam conſtituto reqviſita. §. 6. mentio fit loci ſpecialis, qvi oleo perfuſus fuit.

§. I.

UTi in Philoſophia vulgo diſtingvi ſolet inter ſubjectum qvod & qvo, v. gr. Subjectum qvod Logicæ vel alius diſciplinæ eſt homo ipſe, ſubjectum qvo, anima humana; ita veniam nobis promiſeramus ſi dixiſſemus objectum unctionis eſſe vel qvod vel qvo. Verum, hæc formula cum, qvantum ſcimus, circa objectum paululum inuſitatior ſit, lubeat dicere objectum unctionis poſſe conſiderari vel generaliter, vel ſpecialiter, generaliter tale eſſe ipſum Sacerdotem ſummum, ſpecialiter vero, locum eum, in qvem oleum fuderunt.

§. II. Oportet autem ex Aharonis poſteritate, qvi ad dignitatem ſummam in Eccleſia evehi deſideravit, ad pubertatis annos perveniſſe. Impuberes enim non Sacerdotio abſolutè ſic dicto ornari, nedum regi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

mini Ecclesiastico præesse potuerunt, hinc infantes aliis in hoc officio postpositi sæpè leguntur. Maximam autem partem putarunt in anno vigesimo exacto aliqvem dignitate sacerdotali ornari potuisse, utpote qvem pubertas præcedere solet. Nam licet in anno ætatis decimo tertio, qvando in loco pubis bini conspiciuntur pili, aliqvis ex ephebis excessisse, & nomine גדול dignus habebatur, nihilo tamen minus non fuit obstrictus ante annum ætatis vigesimum sacra administrare, qvod ex Siphra hunc in modum probat Seldenus (*s*) אמר רבי אלעזר ברבי יוסי הגלילי תינוק פסול אע"פ שהוא תמים מאמתי עבודתו כשירין משיביא שתי שערות אבל אין אחין הכהנים מקריבין אותו לעבודתו עד שיהיו בן עשרים שנה: *Dixit R. Eleasar filius R. Jose, infantem seu minorem sacrificiis haud idoneum fuisse, tametsi vitiis corporis omninò vacarit. Tempus autem qvo sacra rite peragere potest, incipit, postqvam bini ei excreverint pili. At fratres Sacerdotes, (seu Sacerdotum grex) neutiqvam eum ad sacra altaris ministeria accersunt, anteqvam fuerit annorum viginti.* Hinc si sacerdos summus hæredem impuberem reliqvisset, is patri mortuo in sacerdotio non successit, sed ex Consangvineis proximus; qvi non vicarius impuberis nominatus est, uti statuit Scaliger, (*t*) sed ipsa & authoritate & nomine sacerdotis summi pollebat. Hoc autem constat exemplis Eleazaris & Manassis, qvi in summa dignitate Ecclesiastica successerunt Simoni primo, impuberem relinqventi Onaniam secundum, ad qvem eminentia sacerdotalis, mortuis demum Eleazare & Manasse pervenire potuit. Plura de his videantur apud Selden. loc. cit.

(*s*) de Successu in Pontificatu l. II. c. 4. (*t*) in Elencho Orationis Chronologicæ Davidis Paræi.

§. III. Præter pubertatem desiderabatur qvoqve ut corpus Sacerdotum maximè summi, ab omnibus defectibus liberum inveniretur, uti ex ipso codice sacro constat (*u*) איש מזרע לדורותם אשר יהיה בו מום לא יקרב להקריב לחם אלהיו: *Qvicunqve de semine tuo in generationibus suis habuerit maculam, non accedat ut offerat panem Dei sui.* Qvorum defectuum aliqvot ibidem recensentur, cæcitas sc. claudum esse, vel prægrandi, vel torvo naso constare, albugine item, scabie & lippitudine laborare &c. qvam tamen exem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

exemplorũ potius qvorundam, qvam plenam omnium enumerationem esse Hebræi volunt. Omnes autem maculas, ob qvas Sacerdos, imprimis qvi summam in populo dignitatem ambiebat sacris abstinere debuit, in tres distribuerunt classes (*x*). Aliæ fuerunt שפוסלים הכהנים מלעבוד והבהמות מליקרב *qvæ ita vitiabant tam Sacerdotes, qvam animalia bruta, ut neqve hæc rite offerri, neqve illi ministerium rite administrare potuerint.* Harum numerat qvinqvaginta: qvinqve in aure, tres in palpebris, octo in oculo, in naso tres, in ore sex, in vasis seminariis duodecim, in manibus pedibusqve sex, in superficie corporis qvatuor, qvibus adjectus tremor ab ætate & ægritudine ortus, ut & sordes & inqvinamenta veluti sudor & fœtor oris. Aliæ שפוסלין את האדם מלעבוד *qvæ solum hominem vitiabant, ut sacro ministerio abstineret*, numero nonaginta: in capite octo, in collo duæ, in cute qvatuor, in superciliis qvinqve, in palpebris qvatuor, in oculis undecim, in naso sex, in labiis tres, in ventre itidem & dorso tres, in manibus sex, in vasis seminariis qvatuor, in cruribus & pedibus qvindecim, in corpore toto qvatuor, in cute & carne octo, qvibus addantur surditas, fatuitas, epilepsia & spiritus immundus. Fuere demum, שאין פוסלין אלא משום מראות העין qvæ aliam ob causam non vitiarunt, qvam qvòd intuenti deformitate displicerent, harum duas recenset: defectus pilorum in palpebris, & dentes excussi. Qvi specialiorem singularum relationem desiderat, adeat laudatiss. Dn. Seldenum in c.l. ubi sufficientissimam reperiet.

(*u*) Levit.21.v.17. (*x*) vid. Seld. de Success.in Pontificat. p.211.

§. IV. Ex his corporis defectibus, animi vitia collegerunt, unde factum ut obrutus animi vitiis, æq; ac ille qvi corpore non integro constabat, à Sacerdotio, multò magis summo arceretur; de qvo hæc annotavit R. Abraham, Medicus Mantuensis (*y*). כי דברים כאלו גם בבריא אולם יעירו עד פחיתות נפשם ורוע לבבם והנה הקדוש רש"בי פרשת יתרו כתב ריוקנא דרזין דברנש בשעיא במצחא בעיונין בענפים בשפון בשרטוטי ידין ובאודנין באלין שבע בני נשי אשתמודען: *nam istiusmodi etiam extrinseca, fortasse de cordis & animæ pravitate testantur. Et ecce Sanctus R. Simeon, filius Jochai in Sectione Jitro scribit: Exemplar secretorum hominis contemplari licet in capillis, in fronte,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

in oculis, naſo, labiis, lineis manuum & auribus: his ſc. ſeptem filii hominum cognoſcuntur. Aliàs diſtingvi ſolet inter illa animæ vitia, vitæq; pravitatem, qvibus in æternum acceſſus ad ſanctuarium Sacerdoti maximè ſummo præcludebatur, qvale fuit cultus idololatricus, ſive ſponte ſive per errorem à Sacerdote præſtitus; & illa, ob qvæ Sacerdoti qvidem ſacra adminiſtrare interdictum erat, ſed ſi pœnitentia ductus ad bonam mentem rediret, præterito qvoqve honori reſtituebatur. Hæc cum prolixè à Seldeno tractata ſint, eò L. B. remittimus.

(y) in שלטי הגבורים c. 38.

§. V. Alia qvoqve reqviſita fuêre à Sacerdote Summo, ſed jam conſtituto, ſc. והיה כהן גדול לכהוג כבוד לעצמו ולא יקל בעצמו עם שאר העם ולא יראו אותו ערום ולא בבית המרחץ ולא בבית הכסא ולא כשמסתפר וגו' לא יכנס לבית המשתה ולא לסעודה של רבים: *Decet Sacerdotem Summum ſemetipſum honore proſequi, non leviter ſe gerat in conſpectu populi, nec eum videant nudum, neqve in balneatorio vel in loco ſecreto, aut cum tondetur, nec freqventet convivium, nec prandeat cum multis*, ſunt verba ſæpiùs citati R. Abraham. Neqve hîc prætermittendum videtur, qvod ex Tanchuma recenſet Jalkuth (z): למה נקרא שמו כהן גדול שהוא גדול בחמשה דברים בנוי בכח בעושר ובחכמה ובשנים. בנוי שהוא נאה מאחיו: בכח בא וראה אהרון הניף את לויים עשרים ושנים אלף ביום אחד כיצד חורם מניף אותם מולך ומביא מעלה ומוריד: בעושר שאם לא היו עשיר אחיו הכהנים מעשרין אותו מעשה בפנחס הסתרת שמינוהו כהן גדול ויצאו אחיו הכהנים וראו אותו חוצב אבנים ולא הניחוהו ומלאו המחצב לפניו דינרי זהב מניין שאם אין לו אחיו מגדלין אותו שנאמר והכהן גדול מחוי: *Sed cur vocatur Sacerdos ſummus? qvoniam qvinqve dotibus eminuit, pulchritudine, robore, divitiis, ſapientiâ & ætate. Pulchritudine, fratres enim ſuos formâ ſuperavit; robore, accede & vide! Aharon viginti & duos mille Levitas uno die manibus elevavit, aſt qvomodo? in manu locatos protruſit & retraxit, elevavit & dimiſit; divitiis, ſi fratri-*

bus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

ut si filius non fuerit opulentior, Sacerdotes eum reddiderunt ditiorem. Occidit Pinehæ Hastat, quem constituerant Sacerdotem Summum, ut, cum fratres ejus Sacerdotes egressi eum offenderent lapides scindentem, illud non permitterent, sed foveam denariis aureis replerent. Unde autem constat, si Sacerdoti Summo res angusta fuerit domi, fratres ejus egestatem sublevasse? exillo: Sacerdos magnus ex fratribus suis.

(z) mihi in nova Editione Francofurt. p. 179. col. 4.

§. VI. Locus specialis in corpore Sacerdotis summi ungendus fuit caput, dicitur enim ויצקת על ראשו *& effundas super caput ejus.* Qvod non ita volunt intellectum Rabbinorum nonnulli, ac si in vertice capitis uti effusionis actus, ita & unctionis fuisset peractus; sed statuunt inter palpebras qvoqve effuso oleo, ibidem unctionis ritum absolutum. Id qvod patet ex his Raschi verbis, qvæ super hunc locum commentatus est. אף משיחה זו כמין כ"י נותן שמן על ראשו ובין רוסי עיניו מחברן באצבעו: *hæc qvoqve unctio facta est ad formam chi, oleum enim effudit in caput & inter palpebras oculi, easdem digito combinavit:* ejusdem tenoris sunt, qvæ Kimchi in Ps. 133. annotavit: בתחלה הלבישן בגדי כהונה ואחר כך יצק מן השמן בין רוסי עיניו כמין ג' יונות: *primùm vestibus Sacerdotalibus eum induit, postea capiti infundens oleum, eum ad formam Græci Gimel inter palpebras unxit.* Cur autem præ aliis membris corporis humani caput tantùm ungi debuit, indicavit R. Abarbnel his usus verbis (a): אברב הטעם בזה הוא מבואר/ לפי שהאנשים יסוד כחותיהם הוא במוח ומשם יפרדו ומשכן הכחות והחושים פנימיים וחצוניים והעצבים לכל הגוף/ ולכן נקרא ראש/ כי הוא ראשית האברים והיותר המעולה מהם/ ומפני זה נהגו חכמי האומות כשהיו נותנים על ראשיהם בית ראש הנקרא אצלם בוניט"ו/ לרמוז שהוא ראוי שישימו נזר על ראשו לכבוד החכמה אשר בו/ ולהיות אותו המקום נשמר נהגו המלכים לתת נזר זהב על ראשם ואמר הנביא ישומו צניף טהור על ראשו/ ולזה הושם על אותו מקום הציץ/ ונאמר בו קדש לה/ ולהיות הראש הוא המורה על החכמה ועל המעלה ועל שלמות האדם/ היה ראוי שימשחו הנמשחים על הראש

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

Sed ratio hujus in promptu est, nam fundamentum virium humanarum in cerebro residet, eaq; exinde cum sensibus internis æq; ac externis non exclusis musculis distribuuntur, & in totum corpus se diffundunt, ideoq; vocatur caput, est enim principium & nobilissimum reliqvorum membrorum omnium. Et eam ob causam soliti sunt Sapientes Gentilium, qvando capitibus suis imposuerunt tegumentum qvod vocarunt Boniti, indicare aliqvem esse dignum, ut ejus caput diademate ornaretur in honorem sapientiæ qvâ caput fuit præditum. Imò ut locus ille eò melius custodiretur, soliti sunt Reges capita sua diademate aureo tegere, dicitq; Propheta: imponant capiti ejus cidarim puram, hæcq; causa est, qvod ibi lamina, de qva dicitur Exod. 28.36. sanctum Domino, locata fuerit. Cum itaqve caput de sapientia, excellentia & perfectione alicujus testetur, ibi ungere homines oportuit.

(*a*) in Comment. super c. 1. 1. Reg. p. 195. col. 4.

CAP. II.

De Forma seu ipso Unctionis Charactere.

§. 1. meminit Unctionem aliarum rerum unico termino expressam esse, Regis autem & Sacerdotum tribus, sc. ולקחת, ויצקת, ומשחת *annexâ ratione Rabbinicâ. §. 2. agit de vase, qvo ungentes usi fuerint. §. 3. refert sententiam Talmudicam de forma unctionis. §. 4. qvomodo alii Rabbini eam volunt intellectam, monstrat. §. 5. dicitur verosimile videri Pontifici æq; ac Regi formam coronæ fuisse inunctam. §. 6. mentionem injicit temporis, qvo unctio peracta. §. 7. narratur, qvomodo durante templo secundo, qvo desiit unctio, initiatio tamen Pontificum celebrata sit.*

§. I.

UNctionis Actus tribus his exprimitur vocibus, ולקחת, ויצקת, ומשחת, qvæ singulæ aliàs penacutæ, ob vau conversivum præteriti, in syllabâ ultimâ tonum habent locatum, uti constat ex Grammatica Hebræa, qvæ etiam causa est, qvod metheg ceu accentus euphonicus sub syllaba tertia inveniatur. Sed hîc qværi posset, cur in unctione Regis & Pontificis Scriptura & effusionis & unctionis mentionem faciat, cum tamen de unctione aliarum rerum agens unius tantùm actus meminerit. R. Abarbnel (*b*) præmisso prius in qvo unctio differat ab effusione h. m. ובסברת זה אומר שהיציקה והמשיחה יתחלפו לדעת ח"ל במה שהיציק' היא נתינת השמן לכל על

על הראש ויציקתו מהכלי אשר הוא בו והמשיחה היא
בצורת הנזר אשר היה עושים מאותו שמן בין עיני הנמשח
Et de causa hæc dicam, qvod effusio & unctio secundùm Rabbinos nostros p. m. differant in eo, qvòd effusio sola traditio sit olei in caput, & effusio ejus ex vase, in qvo erat; unctio autem fiat in formam coronæ, qvam inter oculos uncti ex illo ipso oleo conficiunt, ita respondit: ואומר אני שסבת
זה הוא/ כי במשיחה כמו שאמרתי יתחברו ב' תכליות
האחד היות הנמשח מוכן ונבדל לגבוה/ והשני היותו מוכן
לקבל רוח הקדש/ ולהיות שניהם הכרחיים בכהן הגדול
השואל באורים ובתומים ובמלך אשר יצלח עליו רוח
אלקין קדשין הוצרכו שתיהן לשתי פעלות היציקה
והמשיחה אחת/ מהם תורה על היחוד/ ואחת על
הכנה לקבל השפע *Et dicam hujus rei causam esse, qvod unctio duplicem ob finem facta sit, unus ut unctus separaretur ad dignitatem illam, alter ut esset aptus ad recipiendum Spiritum Sanctum. Cum itaqve uterqve fuerit necessarius in Pontifice qværente ex Urim & Tummim, item in Rege, super qvem caderet Spiritus Dei sancti, duo hi actus effusionis & unctionis tum in Rege tum in Pontifice ut peragerentur necesse fuit, unus, qvi separationem, alter qvi aptitudinem ad recipiendam influentiam indicaret.* In antecedentibus tamen concedit, liberè Scripturam utroqve uti vocabulo, ita tamen, ut, qvando respicitur ad vas, è qvo oleum effusum, freqvens sit vox, effusio, qvando autem ratio habetur signi seu characteris unctionis, unctio.

(*b*) in Comment. super c. 1. 1. Reg. fol. 195. col. 4.

§. II. Vas, qvo in actu unctionis usi, vocatur קרן cornu *(c)*, & פך lecythus *(d)*, derivatum à radice פכה *fluxit*, unde Kimchi *(e)* פך השמן לפי שמוציאו ומריקין השמן ממנו *Lecythus olei, qvoniam ex eâ oleum effundunt.* De qvo tradunt Rabbini, à Rege Jehudæ Josiah una cum arca fœderis, virga Aharonis, & scutella qvæ mannam continuit, in loco qvodam Sanctuarii subterraneo eum in finem à Salomone Rege exstructo, fuisse reconditum, ne in captivitatem Babylonicam migraret. Hoc autem probant seqventi textu *(f)*: ודבור בתוך הבית
מפני הכהן לתתן שם את ארון ברית יהוה
Oracu-

Oraculum autem in medio domus, in interiori parte fecerat, ut poneret ibi arcam fœderis Domini (*g*); Qvod num ita se se habeat ipsi videant. Cæteroqvin Schickhardus, Philologus dum viveret dexterrimus, statuit קנן vocari hoc vas ratione materiæ, qvæ fuerit cornu, פך verò ratione formæ, putatur enim lenticulæ formam habuisse. Contra Tostatus Abulensis (*k*) invertat volens lenticulam fuisse vel auream vel argenteam, & appellari cornu, qvia figuram & speciem cornu præ se tulit. Qvicqvid sit ipsa necessitas videtur efflagitasse duo vasa, aliud qvod in ipso unctionis actu adhibuere, aliud in qvo oleum hocce sanctum asservatum, qvod totam massam continens minimum pondus centenarii æqvavit, qvæ gravitas vires unius hominis uncturi videtur superasse.

(*e*) 1.Sam.16.13. & 1.Reg.1.40. (*d*) 1.Sam.11.2. & 2.Reg.9.13. (*e*) Schoroſch. pag.392. (*f*) 1.Reg.6.v.19. (*g*) Tota hiſtoria cum ſuis circumſtantiis à רמב"ם ita refertur in הלכת בית הבחירה cap.4. ובעת שבנה שלמה את הבית וידע שסופו ליחרב בנה בו מקום לגנוז הארון למטה במטמוניות עמוקות ועקלקלות ויאשיהו המלך צוה וגנזו במקום שבנה שלמה שנאמר ויאמר ללוים המבינים לכל ישראל הקדושים לי' תנו את ארון הקדוש בבית אשר בנה שלמה בן דוד מלך ישראל אין לכם משא בכתף עתה עבדו את י' אלהיכם וכו' וגנזו עמו משה אהרן והצנצנת ושמן משחה וכל אלו לא חזרו בבית שני:

Qvo tempore extructam Domum Salomon tandem vastatum iri cognovit, in subterraneis, absconditis & contortis ejusdem, locum in qvo asservarent arcam ædificavit. Hoc ut fieret, curavit Josiah Rex, præcipiens ut arcam in locum à Salomone exstructum reconderent, secundum 1.Paralip.35.3. & dixit Levitis, qvi erudiebant omnem Israël & Sancti erant Domino: Ponite arcam sanctam in templum qvod ædificavit Salomo, Filius David, Rex Israel, nam eam ulterius humeris non portabitis. Nunc ergo ministrate Domino Deo vestro & Populo Israel. Simulq; cum ea asservata fuit virga Aharonis, & scutella manna repleta oleumq; unctionis, qvæ omnia non redierunt in templum secundum. In Talmude Hierosol. Tract. שקלים c. 6. eadem res mutatis tantum verbis proponitur, addito simul capsulam, qvam pro reatu miserant Philistæi, rebus prædictis fuisse adjunctam, his annexis verbis: אמר להם אם גולה היא עמכם לבבל עוד אין אתם מחזירין אותו למקומו

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

ſi ea vobiscum migret in Babyloniam, ad locum ſuum vos eam non reducetis. Raſchi (qvod & obſervavit כסף משנה ad c. 4. הלכות בית הבחירה) in c. 3. Tract. הוריות legit: אין אתם מחזירין אותו בכתפיכם וגנזו: *Vos humeris veſtris eam non reducetis, & recondidit eam*, paululum aliter qvam in ipſo textu Talmudico invenitur. Alias hac de re conferri poſſunt c. 1. Tract. כריתות c. 3. הוריות & c. 5. Tract. יומא

(*k*) 1. Reg. 10. 2. fol. 292. uti hoc monſtravit Magnif. Dn. D. Carpzov. in notis accuratiſſimis ad jus Regium Schickardi p. 68.

§. III. Sed ipſam figuram ſeu characterem unctionis præterlabi non patiar. Hic communiter ita delineatur, ut cruci non videatur abſimilis, dum ſtatuitur factus in formam vel X chi, vel כף caph Græcanici. Ita ajunt in Talmude Babyl. (*i*) כיצד מושחין את המלכים כמין נזר ואת הכהנים כמין כי אמר רב מנשיא בר גדא כמין כף יוני *Qvomodo ungvunt Reges? in formam coronæ, & Sacerdotes? in formam chi, dicit Rab Mnasjah filius R. Gaddæ ad inſtar caph Græcanici.* In qvæ verba Raſchi hunc in modum commentatus eſt כמין כף שמתחיל למשוח באצבעו בין רוסי עיניו ומושך אצבעו על ראש והולך עד שהגיע לעורף בכף יוני כזה *ad formam caph: dum inter ſupercilia ungere, incipiens, digitum trans verticem ducit, usqj dum perveniat ad cervicem, in formam caph Græcanici*, hoc modo.

(*i*) Tractat. הוריות c. 3.

§. IV. Hæc de charactere unctionis ſententia Talmudica, verum ſane pomum Eridos fuit inter Rabbinos projectum, nemine ſciente qvid per figuram chi, num K cum X Græcorum indigitetur. Rambam eandem ita voluit interpretari (*l*) כיצד מושחין את הכהן צק את השמן על ראשו וסך ממנו על גבי עיניו כמין כי יונית כזה כ' שנאמר ויצק משמן המשחה על ראש אהרן וימשח אותו לקדשו: *Qvomodo unxerunt Regem? effuſo ſuper caput oleo figuram ad inſtar chi Græci h. m.* כ (*m*) *in ſupercilijs formabat, ſecundum illud* (*n*) *& effudit de oleo unctionis ſuper caput Aharonis, & unxit eum ad ſanctificandum eum.* Aſt כ non eſt Græca ſed Hebraica litera; Et licet R. Abraham Medicus Mantuenſis (*o*) ſtatuat Maimonidis ſententiam eſſe, characterem unctionis inverſum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

caph hebraicum fuisse כ nihil tamen interest, cum nec ita literam referat Græcam, sed Latinorum C. Alii Rabbinorum verba Talmudica de X Græco tantum recensent omissa figurâ, ut de eorum mente non possimus esse certi, qvibus annumerandus R. Mose Mikotzi (*p*) hæc scribens verba: תנו רבנן כיצד מושחין את המלכים כמין נזר והכהנים בתחלה מציק לו שמן על ראשו ואחר כך נותן בין ריסי עיניו ומושך באצבעו מזה לזה עד שהוא כמין כי יונית: *Tradunt Rabbini nostri: Reges qvomodo ungantur? in formam coronæ, ast Sacerdotes? primo super caput iis oleum funditur qvod deinde inter supercilia positum digito in utramqve partem ita deducitur, ut fiat figura Chi.* Huic adstipulatur R. Obadias Bartenorius (*q*) משירת הכהנים היא שיוצקים מן השמן על ראשו ומושחין בין גבות עיניו כמין כי יונית: *unctio Pontificum, siebat fuso super caput oleo, & formata inter supercilia forma chi Græci.* Nonnulli Judæorum Chi explicant per caph Græcanicum, sed simul figuram apponi non curarunt, nam sic Raschi de unctione Laganorum agens, verba facit: אחר אפיותן מושחין כמין כי כ"ף יונית שהיא עשוית לבן שלנו כזה: *Pista unguunt ad formam chi caph Græcanici qvod pingitur ut nostrum nun* (*r*). Sed & hæc sententia à Seldeno (*f*) absurditatis merito arguitur ideo, qvod neqve in literatura Hebraica מרובע *qvadrata* dicta, neqve qva in scriptis Rabbinicis uti solent, detur *nun*, qvod aliqvam vel x, vel ν similitudinem habeat. Abarbnel mentem suam hac de re ita aperire voluit (*t*) והוי עושין בין עיני הכהן כמין כ"ף לרמוז שהוא כהן כי הכ"ף ירמוז לשם כהן שהיא התחלת שמו והנה ראה רב מנשיא לומר שהיה כמין כ"ף יונית להודות ולהתר נרשמת ויפה בצורתה: *formarunt inter supercilia sacerdotis figuram caph, ad indicandum illum esse Sacerdotem; Caph enim restituit vocem* כהן *cujus est prima litera. Et ecce R. Mnassjah dicere voluit unctionem factam ad instar caph Græci, utpote qvod sit maximè expressum & in forma sua elegantissimum.* Sed hæ nil nisi vanæ allusiones sunt, qvæ enim datur similitudo inter ν Græcum & כ Hebraicum? sane nulla, ut frustra tum in Comm. sup. legem, tùm sup. Proph. Prior. prolixior fuerit Abarbnel id ut demonstret. Sententia R. D. Kimchi ad Ps. 133. adhuc supereſt. Hanc dixit Schick. in Ed. Isnens. Pauli Fagii mendose ita oppositã כמין כ"ף יונית

ad

ad instar caph Græci, ast mendæ hîc subesse nihil, monstravit in Notis Magnif. D. D. Carpzov. Qvam nos consuluimus Commentar. Kimchiani in Psalmos editionem Amstelodamensem Anno 1681. cum סדר תפלות evulgatam ita habet: בתחלה הלבישו בגדי כהונה ואחר כך רצק השמן על ראשו מן השמן בין ריסי עיניו כמין ג׳ יונית. *Initio vestibus Sacerdotii eum induebat, postea super caput effuso oleo, inter supercilia ejus formam* ג *Græci ungebat:* qvod puto vitium esse typographicum. Prædictos verò Rabbinos omnes lingvæ græcæ non fuisse gnaros, satis superqve constat, ideoq; firmum de iis, qvæ Hellenismum sapiunt, judicium ferre, ipsis haud licuit. Qvapropter grave non erit hac de re audivisse dissérentem sæpius laudatum R. Abraham משער אריה qvi in limine statim operis sui gloriatur, in ejusdem elaboratione se decem usum fuisse lingvis: nimirum Italica, Chaldaica, Germanica, Bohemica, Græca, Latina, Hispanicâ, Arabica, Persica & Gallicâ, imò inter Gentes qvas consuluit, numerat qvoqve Indos & Ægyptios. Hic ita de charactere unctionis verba facit *(u)*: כיצד משחין? כמין כ׳ ואתה כבר ידעת כי כמו שאותיות האלפא״ת בתא שלנו מבלתי האותיות שהן מנצפך הם כ״ב כף האלפא ביתא של יונים הוא שהן כ״ד אותיות׳ והאות העשירית שלהן ואי הנקראת בלשון כאפה ומוצאה במבטא הוא כמו הכף שלנו דגושה וכן נקראת ברגש הפ״א של התיבה והוא הבאה בכתב שלי אחרי האלף אשר כתבתי כאפה׳ והאות הכב שלהם היא כ״י ונקראת בכף רפויה שתחזה אחרית יוד להוציאה במבטא בחירק וצורת הכאפה מרובעת הוא כזאת K וצורת הכי הוא כזאת X והרמ״בם ז״ל כתב שהיא הכף יונית כפו הצורה של כף שלנו הפוכה כזאת C והרב מבורטאנורא אמר שהיא כמין טות שלנו וחוסיף לכתוב כהפרשת גודל מן האצבע׳ ואולי החכמים האחרונים האלה ז״ל לא היו בקיאים בלשון יוני כי הצורה של שתי האותיות היא כאשר ציירתי׳ ולפי דעתי (והוא האמת) לא היתה המשיחה נעשית בצורת כ״י הינו בצורת האות הכ״ב

הכ"ב שלהם אלא כמין כף שגם צורת הכף הקטנה
היא כזאת ע ואולי הבירטאנורה בעבור זה כתב
מורה שכתב ששאר זרה מאי זרה חכם יוני ולמד לו
צורתה באמור לו שהיא כהפשרת הגודל מן האצבע
וע"כ עכ"פ תאמין שמשיחת הרקיקין היתה כצורת פ"י
היינו הכאפה שהוא האות העשירית ולא כצורת
כ"י שהוא האות הכ"ב ואתה הקורא רע מי אחרי אשר
כתבתי זה הזמן ה' לי מה שכתבו רז"ל במס' הוריות
פ'כהן משיח שהוא הוא מה שהאמנתי ושערכתי לפניך
כאן ית' שמו של מלך מלכי המלכים הקב"ה שהאור
עוני בהלכה: אמרו שם רז"ל תנוא כיצד מושחין את
המלכים? כמין נזר ואת הכהנים כמין כי: מאי כמין
כי? אמר רב מנשיא בר אדא כמין כף יוני כו':

Quomodo ungunt ea (lagana de iis enim loqvitur?) *ad formam Chi. Tibi autem L.B. notum erit, qvemadmodum literæ alphabeti noſtri, excepti*s מנצפך *qvæ duplo inveniuntur, numero ſunt viginti duæ; ſic Alphabetum Græcum viginti qvatuor conſtare literis. Has inter decima vocatur cappa, qvæ eadem qva noſtrum caph dageſſatum pronuntiatione gaudet, unde* ס *hujus vocis qvod poſui poſt aleph h.m.* כאפה *legitur cum dageſch. Aſt qvam habent literam cabb, eſt chi, & legitur ut caph raphatum, ut ultima ſit jod, & pronuntietur cum chireck. Figura cappæ qvadratæ eſt ita* K, *forma autem* ך *chi hæc* X. *Rambam p. m. ſcripſit caph Græcum eſſe ad inſtar noſtri inverſi* C, *verùm R. de Bartenorah dicit habere ſpeciem noſtri* ט, *addens referre figuram pollicis ab indice ſeparati. Sed hi poſteriores Rabbini linguam Græcam fortaſſe non calluerunt, qvia figura harum duarum literarum ea eſt qvam antea dedi. Ut itaqve qvod ſentiam dicam, (recenſebo autem ipſam veritatem,) unctio hæc non eſt facta ad formam chi, cabb eorum, ſed caph, cum & figura caph minuſculi hæc ſit* ע. *Bartenoram qvod attinet, is fortaſſe eam ob cauſam figuram caph ita explicuit, qvod audiverit ex ſapiente qvodam Græco, eſſe ad inſtar pollicis ab indice exienſi. Certi ergo ſitis unctionem placentularum factam ad inſtar chi i.e. cappæ literæ decimæ, non autem* ך *chi literæ viceſimæ ſecundæ.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

cundæ. Hæc dum scribo L.B. scias peculiari Dei providentia factum, ut mihi occurreret illud, qvod Rabbini nostri p.m. in Tractat. הוריות C. כהן משיח *habent, idem sc. qvod credidi & tibi nunc proposui, benedictum nomen Regis Regum, Sancti benedicti, qvi oculos meos circa præsentem decisionem illuminavit. Dicunt ibidem Rabbini nostri: Qvomodo ungunt Reges? ad formam coronæ, at Sacerdotes? ad formam Chi. Qvid sibi vult illud* כמין כי *? dicit R. Mnasjah filius Iddæ ad formam caph Græcanici.* Qvæ hujus Authoris verba vera sunt de eo, qvod alii circa principia Græca valde errarint, cum nulla appareat similitudo inter chi vel caph Græcum, & Hebraicum caph, uti inspectio ocularis ipsa testatur. Illud tamen desiderari posset in enarratione ipsius sententiæ, qvod conjecturas suas, cappam hîc intelligi, nullo argumento probare ausus fuerit. Voluisse enim ex Talmude testimonium R. Mnasjah adducere, nihil videtur ad rhombum, cum pari facilitate & de K & de X Græcanico explicari qveat. Non tamen negavero figuram chi à Talmudicis hîc intendi, minimum enim nomen speciem veri præ se fert, ut taceam conjecturas Christianorum nonnullorum, hoc crucis signo, qvo Pontifex notatus, crucem Christi Salvatoris fuisse præfiguratam.

(*l*) in הלכות כלי המקדש c. 1. (*m*) secundùm Schickard. p. 75. Juris Regii, qvædam exemplaria nudum spatium hîc habent, omissâ figurâ. (*n*) Levit. 8. 12. (*o*) c. 68. שלטי הגבריים (*p*) in Præcepto affirmativo 166. (*q*) ad Tit. כריתות c. 1. (*r*) ita inveni in Editione Bibliorum Basilienſi, ut & qvæ non ita pridem anno nimirum 1673. Amstelodamo prodiit Pentateuchi editio cum triplici Targ. ast qvem itidem Amstelodamenses anno 1644. sine textu authentico ediderunt Raschi Commentarium, figuram Nun Rabbinici ita adscriptam habent כמין כי כ/ ונוירת שהוא עשוי׳ה כנין שלנו כזה כ/ *ad instar chi, caph Græci, qvod pingitur uti nostrum Nun ita* כ (*s*) p. 243. de Succes. in Ponrificat. (*t*) in Commentario super Prophet. prior. fol. 166. col. 1. (*u*) c. 68. שלטי הגבורים.

§. V. Sed qvo placita hæc Rabbinica nituntur fundamento? sanè nullo alio qvàm authoritate traditionum, qvæ insigniuntur lex oralis seu non scripta, cui qvicqvid vel rituum est vel decisionum superstruunt Rabbini. Unde Abarbnel: כבר זכרו חז"ל שהכהנים הגדולים היו מושחין על ראשם מעט מהראש עזושין כמין כף

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

כף יונת כמו שקבלו חז"ל מן הנביאים שראו משוחות ההמרים בעיניהם: Qvæ verba ita latinitate donavit Seldenus: *Memoriæ olim proditum est à Sapientibus p. m. Pontifices ita ungi solere, ut exigua capitis parte inuncta, figura fuerit* ד *Caph Græcanici, qvemadmodum ipsi p. m. Sapientes acceperunt à Prophetis, qvi hujusmodi unctionis oculati fuêre testes.* Hæc tamen ratio tàm solida non est, ut omnium assensum sibi conciliare possit, imprimis, cum totum corpus Talmudicum tot grandibus scateat erroribus, ut nihil supra. Qvapropter Clarissimus Schickardus characterem unctionis fuisse Chi Græcanicum, meritò cœpit dubitare, suspicans ante Reges Pontificibus formam coronæ fuisse inunctam, hoc persvasus textu *(y)*: מן המקדש לא יצא ולא יחלל את מקדש אלהיו כי נזר שמן משחת אלהיו עליו אני יהוה *Non egrediatur è sanctuario, nec polluat sanctuarium Domini, qvoniam corona olei unctionis Domini super eo, Ego Dominus.* Qvæ sanè verba haud obscurè testari videntur de genuina unctionis figura, eam ad instar corollæ fuisse formatam. Nam vocabulum נזר præter qvod genuina ejus significatio sit Nazireatus, comam denotare solet, maximè à qva radenda qvis abstinere debuit, & coronam seu coronamentum. Hoc autem patet ex Psalm. 89. v. 40. ubi Rex David hanc instituit querelam: נאלתה ברית עבדך חללת לארץ נזרו *abjeciisti fœdus servi tui, prophanasti in terra coronam ejus*; unde Kimchi *(z)* פירוש נזר עטרה *significat coronam*, & ad verba Genes. 49. 26. ולקדקד נזר אחיו *& in vertice Nazarei inter fratres suos*, idem: ראש אחיו ומעוטף *caput fratrum suorum & coronatus.* Miror autem Rabbinos in prædictum locum Levit. nihil commentatos esse, nec dubitasse, num fieri potuisset, ut character unctionis alius fuerit qvam putarint. Sed allatam superiùs sententiam B. Dn. Schickardi nemini obtrudere volumus, cum qvivis suo libero linqvatur arbitrio; sufficit, eam cum Scriptura & veritate magis convenire, qvam qvæ Talmudistarum placitis ruinoso admodum fundamento superinstructa, facilè everti possunt.

(y) c. 21. Levit. v. 12. *(z)* in Schoras. p. 294.

§. VI. Tempus huic unctioni destinatum fuêre septem dies initiationis secundùm illud: שבעת ימים תמלא ידם *septem dies implebis manus eorum*; hinc septē dies ימי מלאים *dies impletionū* (a) vocati sunt.

Intra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

Intra hoc temporis ſpatium unctionis opus erat abſolvendum, ita ut ſingulis ſeptem diebus iteraretur. Nam Rambam dicit (*b*): וכשם שרבוי בגדים שבעה כך משיחה בשמן שבעה יום אחר יום *ut initiatio veſtibus, ſic unctio oleo ſeptem continuos facta dies*: & R. Abraham Medicus Mantuanus (*c*): וכך היתה משוחת שמן המשחה שבעה ומים זה אחר זה: *ita & unctio cum oleo ſeptem diebus una poſt aliam fuit.* Pontifex tamen, ſuper qvem oleum unâ tantùm vice fuſum erat, ſacra peragere potuit, qvod Rambam innuere voluit, his uſus verbis (*d*): ראם עבר קודם שיתרבה בבגדים כל שבעה או קודם שימשח כל שבעה עבודתו כשורה: *ſi ſacra peregerit ante ſepties iteratam veſtibus initiationem, aut toties repetitam unctionem, ipſius actio non fuit irrita.*

(*a*) Elegantia ſunt qvæ de hac phraſi annotavit Raſchi in Comment. ſuper c. 29. Exod. כל מלוי ידים לשון חנוך כשהוא נכנס לרבר להיות מוחזק בו מאותו היום והלאה הוא ובלשון לע"ז בשמונן אדם על פקידת דבר נותן חשליש ביד ביוד יד של עור שקורין גוט"ר ועל ידו הוא מחזיקו בובר וקורין אותו מסירה דיושטיו והוא מלוי ידים *Omnis manuum impletio eſt initiatio, qvando muneri qvis præficitur, ab eo qve tempore & porrò ejus Adminiſtrator habetur. Et apud exteros, qvando Præfectum aliqvem conſtituunt, Princeps ejus manu chirotecâ pelliceâ indutâ* (qvam vocant גוטר) *eum confirmat, qvæ inſtitutio ab iis vocatur* דיושטיר, *eſt qve manuum impletio.* Conf. qvæ habet ad verſ. 5. c. 17. Jud. ſuper verba וימלא את יד אחד מבניו (*b*) in c. 4. הלכות כלי המקדש (*c*) c. 39. שלטי הגבורים (*d*) loco citato.

§. VII. Sed cum Templo primo hic ungendi ritus ob defectum olei (*e*) ſimul evanuit. Nam inter alia, qvibus à Salomone extructa domus alteram ſuperabat, recenſetur qvoq; ſanctũ unctionis oleum, qvod tempore, qvo hæc ſtetit, amplius nõ poſſederunt. Unde ſi Pontifex aliqvis eſſet creandus, id ſolo veſtium indutu fiebat, tot vicibus iterando, qvot ipſa unctio. Hinc dixit R. Abraham (*f*) ממנין כהן גדול והוא יהיה ראש לכל הכהנים ומשחין אותו בשמן המשחה ומלבישין אותו בגדי כהונה גדולה ואם אין שם שמן המשחה כמו שהיה מימי ואשחיו המלך ואילך שנגנז עם אהרון כאשר אמרנו

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

אמרנו מרבין אותו בבגדי כהונה גדולה בלבד והוא לובש שמונה בגדים ופושטן וחוזר ולובשן למחר שבעת ימים זה אחר זה: *Pontificem, qvi caput sit omnium Sacerdotum, ungunt, vestibusq; induunt papalibus. Sin autem nullum adfuerit oleum, prout à tempore Josiæ Regis, qvo arcam reconderunt, & ulterius diximus factum, vestibus, qvas præter Pontificem induere nemini licet, eum inaugurant. Illa itaqve octo vestimenta induit, iisq; exutis secundo die post corpus denuò tegit, qvod integros septem continuat dies.* His conformia sunt qvæ habet Rambam *(g)*: בבית שני שלא היה שם שמן המשחה כהן גדול מתרבה בלבישת בגדים בלבד שהיה לובש בגדי כהונה גדולה: *Durante templo secundo cum non adesset oleum unctionis, solo vestimentorum indutu inaugurabatur Summus Sacerdos, induendo vestes Sacerdotii summi.* Amplissimus hîc nobis aperiretur campus dicendi de vestibus sacerdotalibus, maximè qvæ corpus Summi ambiebant; sed cum memores simus, nos potius in elaboranda brevi dissertatione, qvàm in conscribendo magno volumine versari, ad tempus magis idoneum hoc differemus argumentum, Causam efficientem unctionis contemplaturi.

(e) In Gemar. Hierosol. Tract. מכות fol. 32. col. 1. recensentur qvinqve illa, qvibus præditum fuit templum prius, non verò posterius seqventi modo: ותניא כוי דמר ר' שמואל בשם ר' אחא חמשה דברים חס' מקדש שאחרון ממקדש ראשון דכתיב עלו ההר והבאתם עץ וג' עד ואכברה ואכבד כתיב חסר ה"א אלו ה' דברים שחסר מקדש אחרון ממקדש ראשון אש ארון אורים ותומים שמן המשחה ורוח הקודש *Res ita sese habet, ut dixit R. Samuel nomine R. Achæ: Templum posterius qvinqve rebus fuit inferius priori. Scriptum enim est Hag. 1. 8. ascendite ad montem, & adducite lignum &c. usqve ad vocem* וְאֶכְבְּרָה׃ *At extat* וְאֶכָּבֵד *sine* ה *? Resp. Hoc denotata fuêre qvinqve illa qvæ in sanctuario secundo non fuerunt, sunt autem seqventia: Ignis* (sc. de cœlo lapsus & sacrificia comburens) *arca, Urim & Tummim, oleum unctionis & Spiritus Sanctus.* Habes itaqve L. B. genuinum fundamentum, ob qvod à Rabbinis statuuntur qvinqve in Templo posteriori defuisse; nimirum qvia invenerunt in loco Hagæi citato vocabulum ואכברה & *honorabor* in כתיב seu in ipso textu impressum sine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

sine ה sc. וְאֶכְבְּדֵ aſt in קרי ſeu lectione marginali plenè expreſſum וְאֶכְבְּדֶהָ Litera ה verò uti notum eſt, poteſtate numericâ valet qvinqve. Ex hoc loco Tract. מכירת corrigi debet qvi in הוריות invenitur parallelus, qvod & Seldenus p.244. de Succeſſ. in Pontificat. obſervavit, hic enim pro ſuperius recenſitis qvinqve rebus, qvæ in Templo poſteriori non fuerunt, qvatuor tantum enumerat, ſc. אורים ותומים ושמן הקודש *ignem, arcam, Urim & Tumim, oleumq; ſanctum*, legendum enim procul omni dubio אש וארון ושמן המשחה ורוח הקודש *oleum unctionis & Spiritum Sanctum.* (*f*) in c. 39. שלטי הגבורים (*g*) in הלכות כלי המקדש *c. 1. §. 8.*

CAP. III.

De Cauſa Efficiente Unctionis.

§. 1. Monſtrat primum, qui effuſo oleo Sacerdotem ſummum initiavit, fuiſſe Moſen, Excellentiorem aliis Prophetis. §. 2. Poſt Moſen aliorum Prophetarum, fuiſſe, hoc officio fungi.

§. I.

QVi primus ad mandatum Domini ſacram hanc unctionem adminiſtravit, fuit Moſe, qvem DEUS alloqvitur verbis: וּלְקַחְתָּ / וְיָצַקְתָּ / וּמָשַׁחְתָּ / *& ſumas, & effundas & ungas*, poſtqvam in præcedentibus verſibus præceperat, ut Aharon ejusqve filii Sacris induerentur veſtibus. Sanè inter omnes Prophetas Sanctosqve omnes qvotqvot fuerint, nemini tam facilis ad ipſam Majeſtatem divinam conceſſus aditus, qvam Moſi; Hinc ſcriptura de eo dicit (*h*) וְדִבֶּר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה פָּנִים אֶל פָּנִים כַּאֲשֶׁר יְדַבֵּר אִישׁ אֶל רֵעֵהוּ *& locutus eſt Dominus ad Moſe à facie ad faciem, ſicuti aliqvis cum proximo ſuo verba facit.* Qvanta gratia Moſi exhibita in eo, qvod ad fœderis tabernaculum tendenti nubes, qvam occuparat Summum Numen, obviam proceſſerit, eumqve magna totius Populi reverentia, qvam ſurgendo teſtari voluit, comitata fuerit, qvivis opera haud difficili conjicere poteſt. Merito itaqve dixit Raſchi ad verba: יקומו כל העם וגו׳ עמדים מפניו ואין יושבין עד שנתבסר מהם: והביטו אחרי משה׳ לשבח אשרי ילוד אשה שכן מובטח שהשכינה תכנס אחריו לפתח אהלו *ſtantes coram eo non conſederunt, donec ab iis amplius conſpici non poterat. Et aſpiciebant tergum Moſe* (verba

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

textus) *laudantes*: Beata *ejus fœmina progenies, qvæ tam certa est ut Majestas divina eum in tentorium sequatur.* Nulli ergo magis digno ac idoneo commendari potuit sanctum unctionis opus, qvam ipsi Mosi fideli Domini servo.

(*h*) Exod. XXXIII.

§. II. Post Mosen Unctio Pontificum simul ac Regum solis Prophetis relicta est. Nam ita sonant verba Abarbnel (*i*) וביאור זה מי ימשח? הוא הנביא לבד כי אין כהן גדול ואדם אחר יוכל למשוח מלך כי אם הנביא כשמואל שמשח את שאול ואת דוד ונתן שמשח את שלמה ואחיה שמשח את ירבעם: *Is qvi unxit, solus Propheta fuit, nec Sacerdos summus, nec homo alius præter Prophetam Regem ungere potuit; sic Samuel Saulem & Davidem oleo sacro initiabat, Nathan verò Salomonem & Athaja Jerobeam Chrismate sancto beabat.* Et ne qvis putet rem aliter se se habere posse in unctione Sacerdotis summi, alio loco verbis æq; perspicuis loqvitur idem Abarbnel (*l*) העיקר העשירי הוא במשיח שלא יהיה כי אם נביא התבאר זה בתורה שמשה רבן הנביאים משח בעצמו הכהנים וכלי המקדש כמו שאמר ויצוק שמן המשחה על ראש אהרן וגו׳ וכמלכים מצינו ששמואל הרואה משח בידו את שאול והוא גם כן משח את דוד׳ ושלמה נמשח ע״י נתן הנביא כפי שפירשתי ויהוא ע״י נביא נמשח׳ וזכרו חז״ל שהיה יונה בן אמתי׳ וראוי שנרע סברתו שאם היתה הקדושה לבר מפארת המשוחה׳ למה לא תהיה גם כן ע״י כהן? אבל הסכה בזה כבר התבאר ממה שזכרתי׳ שאחרי היות המשיחה אות על הבחירה והאלקית מחוייב שתהיה ע״י נביא כי מי הוא זה ואיזה הוא יודע ויבאר האיש אשר יבחר ה׳ למלך על עמו? ומי יעמוד על סוד ה׳ וישמע את דברו ורצונו במלוכה כ״א הנביא? והכהן הגדול מה הצר

חצר הוה ראוי גם כן שוחזיר נבחר ע"י נביא
עם הורת שפעמים הוו הכהנים הגדולים ממונים
במאמר המלכים בזמן בית שני אשר לא כרת:

Membrum decimum agat de ungente, qui non potuit esse nisi Propheta. Hocq; ex lege ipsa clarum est, Moses enim ipsemet Princeps omnium Prophetarum, Sacerdotes & vasa Sanctuarii unxit, uti constat ex his Levit. 8, 12. verbis: & effudit oleum unctionis super caput Aharonis &c. Reges etiam qvod attinet, invenimus Samuelem Augurem suis manibus unxisse Saulum & Davidem, Salomon qvoqve, qvemadmodum explicui, à Propheta Nathane unctus est, ut & Jehu secundum sententiam Rabbinorum nostrorum à Propheta Jona filio Amithai. Sed hujus rei causam ut percontemur, necesse est, si enim sola Sanctitas mediante unctione fuerit impetrata, cur à sapiente aliqvo vel Sacerdote ea non fieri fiotuit? Ast causa in iis, qvæ ante dixi, jam jam explicata est, nimirum postqvam unctio fuit signum electionis divinæ, opus fuit ut per Prophetam ea peret. Nam qvis alius qvam Propheta scire & notum facere potuit, qvem DEUS Regem elegerit? Cui nisi Prophetæ licuit divinis interesse mysteriis, voluntatemqve & divina mandata circa Regnum aperire? Eadem necessitas exegit ut Sacerdos Summus mediante Propheta eligeretur, licet sæpius præter omnem morem, durante templo secundo, per diploma Regum Pontifices constituti fuerint.

(*i*) In Commentario in Prophetas Priores pag. 39. col. 4.
(*l*) in eodem Comm. p. 196. col. 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

CAP. IV.

De Fine Unctionis.

§. 1. dicit varios excogitari posse fines. §. 2. refert sententiam Abarbnelis.

§. I.

UTi omnis actio ob finem aliqvem suscipitur, qvi nisi adfuerit, tota habetur frustranea, ita unctionis qvoqve ritum, ob certum ordinatum finem, nemo dubitabit. Isq; licet καθ' ὃ ῥητὸν in sacris literis non inveniatur, tamen non putandum nullum adfuisse, cum DEUS uti Natura nihil faciat frustra. Poterit autem constitui varius, respectu vel ad unctum habito, vel ad eos, qvibus præfectus. Ibi unctio symbolum fuerit gratiæ divinæ, cujus donis instructos oportuit esse eos, qvi Ecclesiæ præesse voluerunt, ut eminentiæ hujus memores semet ritè gerere studerent, inferiores non contemnendo, nec cuivis leviter dexteram injiciendo. Hîc, ut Populus excitaretur, qvovis honoris cultu eum proseqvi, qvi Chrismate sancto perfusus erat, atqve caveret, ne abjectè de eo sentiret. Simeon Thessalon. *(m)* cur Reges unguntur, hanc reddere voluit rationem: καὶ νῦν οἱ βασιλεῖς χρίονται παρὰ τῆς ἐκκλησίας τὸ ἄρχοντες εἶναι παρ' αὐτῆς λαμβάνοντες, *Nunc Reges ab Ecclesia unguntur, ut per eam Principes fiant.* Sed qvi accuratiùs rem perpendunt, sciunt ejusmodi ceremoniis non tàm constitui Principes, qvàm constitutos designari.

(m) de Sacr. Ordinat. Ed. Morin. p. 161.

§. II. Tibi autem, L. B. grave non erit, si de fine unctionis Hebræos qvoqve consulamus Doctores, & uti Dissertationis nostræ initium ab iisdem penè fecimus, sic placito qvodam Rabbinico finem ei imponamus. Eligemus autem sæpiùs à nobis citatum R. Abarbnelem, cujus de fine Unctionis hæc est sententia: ראוי שנחקור כפי הסברה הגוברת מה היה התועלת במשיחת הארון? והוה דיו בדברים האלקיים שיובדלו ויוחדו לשמו על פי נביא אם כלי המקדש ומשרתיו לעבוד את עבודת הקדש/ ואם המלכים להנהיג את העם/ כמו שאמר שום תשים עלך מלך

מלך אשר יבחר ה/ אלקיך בו/ ולא זכר שימשחו
אותו· ואומר אני בתשובת זה שהיתה המשיחה
לשתי תכליות· האחד להיותה אות הבחירה האלקית/ לפי
שהדבר או האיש אשר יבחר ה/ בו כדי להבדילו משאר
הדברים ומאתו/ היה ראוי שיעשה בו פעל בו יוחד ויובדל/
והוא יהיה המורה על היותו נבחר/ ולכן נמשח/ כאלו
אותה המשיחה היא אות וסימן על הבדלתו לגבוה/יהמלך ג"כ
להיות בחירתו ע"י פי ה' הוה ראוי שנרע היותו
נבחר ולזה היה נמשח· התכלית השני הוא כדי להכין
הנמשח לקבל השפע האלקי/ ועל ידי אותה משיחה תדבק בו
ההשגחה העליונה/ הלא תראה שאמרו במשנה שהכהן
הגדול הנשאל באורים ותומים היתה השכינה שורה עליו
והיה מדבר ברוח הקדש: *Nec inconveniens erit, si laboremus scire, quænam secundùm sanam rationem unctionis hujus utilitas sit? Sufficissent enim verba divina, ut tum vasa sanctuarii ejusq; ministri, qui Cultum Divinum administrarent, tum Reges qvi Populo imperarent, secundùm illud: constituendo constitues super te Regem, qvem elegerit Dominus tuus, separarentur & per Prophetam peculiariter constituerentur, nulla unctionis facta mentione. Sed respondeo, unctionem duplicem ob finem factam esse, unus, ut unctio esset signum electionis divinæ. Nam in re aut Viro, qvem elegerat Dominus, ut eam separaret ab aliis rebus, aut à fratribus suis, peculiaris ceremonia eum separans atq; constituens, quæ de ejus electione testaretur, meritò exercebatur, unctus itaq; fuit, non secus ac si unctio hæc esset signum & indicium separationis ejus ad hanc eminentiam; Etiam Regem, cujus electio pariter divina erat, ut sciremus esse electum oportuit, eamq; ob causam & ille unctus est. Alter, ut disponeretur unctus ad accipiendam influentiam, utq; mediante hâc unctione providentia divina bearetur. Videsne referri in Mischna, Summum Sacerdotem qværentem per Urim & Tummum præditum esse majestatis Divinæ præsentia, & loqui per Spiritum Sanctum &c.?* Et hæc fuêre, qvæ è curtâ meâ supellectili de Unctione Sacerdotis S. depromere potui, L. B.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

فسارعا الي من ينظر من عالم في
عملي ان يستر عثاري وزللي ويسد بسداد فضلة
خللي ويصلح ما طغي به القلم وزاغ عنه
البصر وقصر عنه الفهم وغفل عنه الخاطر فالانسان
محل النسيان وان اول ناس اول الناسين ۞

obnixè rogans, ut qvicunqve opus meum doctior inſpexerit, tegat, ubi cæſpit averim, lapſus meos, & obſtruente expleat favore ſuo hiantes rimas; utq; emendet, qvod depravatum ſit calami ductu, qvod hallucinatus ſit viſus, nec aſſeqvi valuerit intellectus, & qvod per incuriam animus neglexerit. Utiqve homo oblivioni eſt obnoxius: ſiqvidem primus, qvi oblitus ſit, hominum primus fuit. Sunt verba Authoris Camuſi cum verſione Golii.

תם ונשלם
תהלה לבורא עולם

COROL-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

Corollaria.

I. *Scientiarum unitas & distinctio ab objectis dependent.*

II. *Conditio impossibilis æquipollet absolutè neganti. v. g. Si cutem Æthiopis laveris albam, centum tibi solvam imperiales, perinde ac si dicatur: hanc pecunia summam à me nunquam impetrabis.*

III. *Corpus est substantia extensa.*

IV. *Extensione fit, ut corpus dividi possit & non penetrari.*

V. *Nomen Entis Substantiæ præcipuè & propriè competit, non accidenti.*

VI. *Amor incipit à semetipso, Vir itaque bonus se præ alio, amore prosequi debet.*

VII. *Major fortitudinis gradus est perferre adversa, quàm aggredi.*

VIII. *Saraceni appellantur Turcæ, ratione denominationis desumta, non à Sarah Abrahami conjuge, nec ab arabica voce* سرق *furari, ac si diceres rapax hominum genus, sed à radice* شرق *ortus fuit, ut Saraceni sint quasi* شرقيون *vel* اهل الشرق *Populus orientis, vel orientales.*

IX. *Pictores, qui effigiem Mosis formaturi eam pingunt cornutam, maximè errant, cum Mosen cornua habuisse ex c. 34. Exod. v. 30. probari non possit.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

ERRATA.

CUm præter ſpem acciderit, ut in diſſertationem noſtram irrepſerint, qvæ mutata mallemus; L.B. officioſe rogamus, ut ipſe ea & ſi qvæ plura occurrerint ſphalmata typogr. manu benevola corrigere velit, præcipuè autem ſeqventia. In Proœmio l.12. c.1. pro multa legat ſufficientia & col.2. l. 4. pro (β) ponat (γ) & l.16. pro (γ) (δ) In §.II. poſt verba Abarb. latine reddita pro כבודי *honorem meum*, ſubſtituat רשני אשר בי יכבדו *pingve meum ob qvod me honomnt.* §. III. col. 2. l.2. pro שהבשים lege שהבשמים §.V. l.9. pro מהבשבים leg. מהבשמים. §. VI. not. (b) pro βαβάλιον lege βαυβάλιον. In nota (r) ad §.IX. l.ult. pro קציות leg. קציעות. §.X. l. 9. pro לקח leg. רקח Sect. H. §.II. pro oportet leg. oportebat. §. V. lin. 18. pro מחיו leg. מאחיו. Cap.II. §.IV.l.3. pro cum leg.num. §.eod. col.3.l.5. omiſſa ſunt verba ומשח אומו. ibid. l. 20. pro האי leg. היא. §.V. l.5. pro עזרשין leg. עושין. ejusd. §. col.2. l.10. à fine deleatur ultimum נזר. §.VII.l.9. pro יאשחיו leg. יאשיהו

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-78 4° 877